

INDEX PRO CIRCULARIBUS A. 1884.

Pag.		Pag.	
Anderle	72	Encyclica SS. PP. de devotione	
Archiepiscopatus Carthaginensis	73	Mariana mense Octobris	65
„A legszentebb nap“	37	Egerszegh	62
„A római pápa és a Péterfillér“	25	Electio docentium	63
Balokovič	88	Examen synodale	6. 54. 60
Bató	88	Exercitia cleri spiritualia	39. 57
Bellada	5	Exintegratio proventuum do-	
Bereczk	72	centum	58
Birján	87	Expeditio epistolarum officio-	
Brem	38	sarum	85
Bubregh	34, 38	Extractus matriculae Italorum	22
Buday	41	Germán	26
Capellania Castrensis	41	Glatt	34
Charvát	72	Greksa	25. 26
Chikán	33	Györkő	63
Cholera	63	Haragó	63, 88
Csepeley	72	Habilitatio docentium	58
Czeizel	70	Hiller	36
Czikó	5, 36	Hirling	72
Czompó	38	Hirschmann	5
Data statistica	85	Horváth	34. 72
Decretum Urbis et Orbis	21	Hosszúhetény	71
Decs	71	Huimann	25
Devotio triduana B. V. M.	51	Italorum extr. matric.	22
Devotio B. V. M. SS. Rosarii	65	Kakasd	87
Dobos	34	Kaán	86
Docentium electio	63	Kajdi	21
Docentium habilitatio et pro-		Kataster	27
ventuum exintegratio	58	Késmárky	72
Döbrössy	26	Khál	42, 69
Dráva-szent-Márton	70	Kiss	34
Encyclica SS. PP. de Lytaniis		Klein	26, 38
Lauretanis	1	Kovács	34, 86
Encyclica SS. PP. de restituzione		Kövesdy	38
Sedis Archiepiscopatus Cartha-		Lackenbacher	60
ginensis	73	„Lelki vezér“	37
Encyclica SS. PP. de identitate		Lendvay	5
corporis S. Jacobi Apostoli	78	Lengyel	62

Pag.		Pag.	
„Les épisodes miraculeaux de Lourdes“	37	Romaisz	63
Lukács	69	Ruff	55
Magyar	38	Sándor	21
Markovics	72	Sárok	71
Maršo	72	Sautter	32
Matarics	72	Scholarium conscriptio	3
Martincsák	70	Scharfenberger	63
Mária Anna	31	Schönviczky	33
Matrimonia Tyrolensium	25	Schultz	38
Máza	61	Schmeller	72
Medgyesy	63	Simonka	21
Mészáros	32	Singer	63
Mohács	55	Steiner	60
Molnár	72. 88	Streicher	63
Monostor	70	Statuta fundi subs. docentium	43
Moranche	72	Szebény	61
Mozolányi	72	Szedres	6
Muesi	34. 42	Szepelt	63
Nagy	72	Szilvásy	63
Nagy-Kozár	6	Szivaczky	69
Nyárády	72	Taglieber	31
Obligatorialium commutatio	54	Tevel	55
Osztrogonácz	35	Theses theolog.	6. 60
Ozora	37	” praedag.	35
Paks	26	Tóth	38
Pasics	69	Troll	38
Patócs	35	Troll fund. pro sacerd.	2
Pál	72	Troll fund. pro docent.	3
Pastorales	7	Triduana devotio	51
Pollák	85	Tymbrorum supersignatio	32
Poór	72	Užarevič	88
Potlacsnik	72	Várady	88
Preces post missam	21	Versend	86
Prikler	38	Vogl	34. 40
Püspök-Bogád	41	Vókány	6
Rathmann	26. 34. 72	Vörös	26
Radó	26. 72	Warga	34
Regina SS. Rosarii	1	Zányi	26
		Závod	62
		Zsinkó	42

I.

LEO PP. XIII. AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Salutaris ille *spiritus precum*, misericordiae divinae munus idem et pignus, quem Deus olim effundere pollicitus est *super domum David et super habitatores Ierusalem*, etsi numquam in Ecclesia catholica cessat, tamen experrectior ad permovendos animos tunc esse videtur cum homines magnum aliquod aut ipsius Ecclesiae aut reipublicae tempus adesse vel impendere sentiunt. Solet enim in rebus trepidis excitari fides pietasque adversus Deum, quia quo minus appetet in rebus humanis praesidii, eo maior esse caelestis patrocinii necessitas intelligitur. — Quod vel nuper perspexisse videmur, cum Nos diuturnis Ecclesiae acerbitatibus et communium temporum difficultate permoti, pietatem christianorum per epistolam Nostram Encyclicam appellantes, Mariam Virginem sanctissimo Rosarii ritu colendam atque implorandam Octobri mense toto decrevimus. Cui quidem voluntati Nostrae obtemperatum esse novimus studio et alacritate tanta, quantam vel rei sanctitas vel caussae gravitas postulabat. E-t enim neque in hac solum Italia nostra sed in omnibus terris pro re catholica, pro salute publica, supplicatum: et episcopis auctoritate, Clericis exemplo operaque praeceuntibus, magnae Dei matri habitus certatim honos. Et mirifice sane Nos declaratae pietatis ratio multiplex delectavit: templa magnificentius exornata: ductae solemni ritu pompae: ad sacras confraciones, ad synaxin, ad quotidianas Rosarii preces magna ubique populi frequentia. Nec praeterire volumus quod gestienti animo accepimus de nonnullis locis, quos procella temporum vehementius afflit: in quibus tantus extitit fervor pietatis, ut presbyterorum inopiam privati redimere, quibus in rebus possent, suomet ipsi ministerio maluerit, quam sinere ut in templis suis indictae preces silerent.

Quare dum praesentium malorum sensum spe bonitatis et misericordiae divinae consolamur, inculcari bonorum omnium animis intelligimus oportere, id quod sacrae Litterae passim aperteque declarant, sicut in omni virtute, sic in ista, quae in obsecrando Deo versatur, omnino plurimum referre perpetuitatem atque constantiam. Exoratur enim placaturque precando Deus: hoc tamen ipsum, quod se exorari sinit, non solum bonitatis suae, sed etiam perseverantiae nostrae vult esse fructum. — Talis autem in orando perseverantia longe plus est hoc tempore necessaria, cum tam multa Nos tamque magna, ut saepe diximus, circumstant ex omni parte pericula, quae sine praesenti Dei ope superari non possunt. Nimis enim multi oderunt *omne quod dicitur Deus et colitur*: oppugnatur Ecclesia neque privatorum dumtaxat consiliis, sed civilibus persaepe institutis et legibus: christiana sapientiae adversantur immanes opinionum novitates, ita plane ut et sua cuique et publica tuenda salus sit adversus hostes acerrimos, extrema virium coniuratos experiri. Vere igitur huius tanti proelii complectentes cogitatione certamen, nunc maxime intuendum animo esse censemus in Iesum Christum Dominum Nostrum, qui quo Nos ad imitationem erudiret sui *factus in agonia prolixius orabat*.

(Encyclical
Leonis PP.
XIII. de ad-
deando Laure-
tanis Lytaniis
praeconio:
Regina
Sacratissimi
Rosarii.)

Ex variis autem precandi rationibus ac formulis in Ecclesia catholica pie et salubriter usitatis, ea, quae Rosarium Mariale dicitur, multis est nominibus commendabilis. In quibus, quemadmodum in Litteris Nostris Encyclicis confirmavimus, illud permagnum, quod est Rosarium praecipue implorando Matris Dei patrocinio adversus hostes catholici nominis institutum: eaque ex parte nemo ignorat, sublevandis Ecclesiae calamitatibus idem saepe et multum profuisse. Non solum igitur privatorum pietati, sed publicis etiam temporibus est magnopere consentaneum, istud precandi genus in eum restitui honoris locum, quem diu obtinuit, cum singulae Christianorum familiae nullum sibi abire diem sine Rosarii recitatione paterentur. His Nos de causis omnes hortamur atque obsecramus, ut quotidianam Rosarii consuetudinem religiose et constanter insistant: itemque declaramus, Nobis esse in optatis ut in Dioeceseon singularum templo principe quotidie, in templis Curialibus diebus festis singulis recitetur. Huic autem exscitandae tuendaeque exercitationi pietatis magno usui esse poterunt familiae Ordinum religiosorum, et praecipuo quodam iure suo sodales Dominiciani: quos omnes pro certo habemus tam fructuoso nobilique officio minime defuturos.

Nos igitur in honorem magnae Dei genitricis Mariae; ad perpetuam recordationem implorati ubique gentium per mensem Octobrem a purissimo Eius Corde praesidii; in perenne testimonium amplissimae spei, quam in Parente amantissima reponimus; ad propitiam eius opem magis ac magis in dies impetrandam, volumus ac decernimus, ut in Lytaniis Lauretanis, post invocationem: *Regina sine labe originali concepta*, addatur praecionium, *Regina sacratissimi Rosarii, ora pro nobis.*

Volumus autem, ut haec Litterae Nostrae firmae rataeque, uti sunt, ita in posterum permaneant: irritum vero et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contigerit attentari: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV Decembris An. MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri Anno Sexto. TH. Card. MERTEL.

Voluntati Sanctissimi Domini Nostri exultanti spiritu obsequentes mandamus itaque, ut Lytaniis Lauretanis, sive publice sive privatim recitabuntur, post invocationem: *Regina sine labe originali concepta*, addatur: *Regina Sacratissimi Rosarii, ora pro nobis.*

Quod reddendum est hungarice: A legszentebb rózsa-füzér királynéja, könyörögj érettünk. Germanice: Königin des heiligsten Rosenkranzes, Bitt' für uns. Croatice: Kraljice prisvete krunice, moli za nas.

347

1884

(Subsidium sacerdotum foundationi Francisci Troll.) Subsidium e fundatione Illmi ac Rssmi Francisci Troll pro infirmis ac egenis sacerdotibus facta anno 1883 obtinuerunt: Julius Geng Parochus in Báta; Christianus Singer cooperator valetudinarius; Franciscus Kiss emer. parochus Baranyavárensis; Josephus Magyar Curatus in Harecz; Joannes Simonka emer. par. Szálkaensis; Franciscus Wimmer emer. par. Szebényensis; Eleutherius Nyárády Coop. in Himesház; Josephus Vidák par-

in Hetvehely; Antonius Szauter par. in Göresöny; Leopoldus Fischer par. in Szent-István.

Quibus mentionatorum presbyterorum summam 100 fl. a. v. sibi obvenientem erga praesentandam recognitionem apud Rssmum D. Aloysium Girk Canonicum qua fundationis huius Administratorem levare velit.

348

1884

E fundatione Illmi ac Rssmi Francisci Troll in succollamen docentium facta sequentes docentes pro anno 1883 obtinent subsidium : (Subsidium docentium e fundatione Francisci Troll.)

In Districtu Quinque-Ecclesiensi: Franciscus Horváth docens in Magyar-Soóros.

In Districtu Németiensi: Franciscus Faragó docens in Málom.

” ”	Sz-Lőrincensi: Ignatius Somsich	” ”	Gerde.
” ”	Siklósensi: Carolus Folbert	” ”	Magyarbóly.
” ”	Dardensi: Petrus Stefán	” ”	Darda.
” ”	Baranyavárensi: Josephus Witzl	” ”	Herczeglak.
” ”	Mohácsensi: Andreas Kisszély	” ”	Mohács.
” ”	Kéméndensi: Antonius Steib	” ”	Rácz-Mecske.
” ”	Német-Bólyensi: Andreas Petz	” ”	Vókány.
” ”	Pécsváradensi: Carolus Kremmer	” ”	Hird.
” ”	Mágocsensi: Josephus Schmeller	” ”	Szalatnak.
” ”	Gödrensi: Josephus Kiefer	” ”	Kováczena.
” ”	Szigetvárensi: Nikolaus Wenczel	” ”	Keresztur.
” ”	Valpóensi: Josepha Müller	” ”	Habjanovce.
” ”	Doljni-Miholcensi: Josephus Beck	” ”	Dlj.-Miholjác.
” ”	Bonyhádensi: Petrus Wager	” ”	Nagy-Mányok.
” ”	Dombóvárensi: Abel Vonyik	” ”	praedio Konda.
” ”	Értényensi: Steph. Fürkampe	” ”	Kánya.
” ”	Simontornyaensi: Joannes Hajas	” ”	Pinczehely.
” ”	Duna-Földvárensi Antonius Keller	” ”	Duna-Földvár.
” ”	Szegzárdensi: Franciscus Sohonyai	” ”	Fadd.
” ”	Völgysegensi: Adamus Braun	” ”	Nagy-Vejke.

Docentes praeattacti per parochum concernentem eatenus informandi summam 50 fl. a. v. erga recognitionem tymbro 19 erm provisam via Officii VADiaconalis apud Rssmum D. Antonium Dobszay Canonicum et cassae generalis foundationalis dioecesanae Administratorem levare poterunt.

322

1884

Pro directivo statu notitiae sequens communico Exc. Ministerii Cultus et (Conscriptio scholarium.) publicae Institutionis rescriptum:

A vallás és közoktatási m. kir. Ministertől 42001 sz. A tanköteles korban levő gyermekeknek a tavaszi és nyári mezei gazdasági terhes munkaidőt megelőző

hónapokban történő összeiratása végett a törvényhatósági közigazgatási bizottságokhoz intézett rendeletemet/. alatt csatolva oly tiszteletteljes kérelemmel van szerencsém a főtisztelendő egyházmegyei főhatóságnak megküldeni, miszerint; sziveskedjék az egyházi főhatósága alá tartozó lelkészeket és iskolai előljárókat fölhívni, hogy a szóban forgó munkálat foganatosítása, de kiváltképpen annak helyesbitése körül a községi előljárókat az úgy fontosságát megillető készsegéggel támogassák. Budapesten 1883-ik évi deczember hó 10-én. A Minister meghagyásából: Buzogány Áron osztálytanácsos.

A vallás és közoktatási m. kir. Ministertől. 42001. sz. A közoktatás fogalmához tartozó számos tényező közül kiváló fontossággal bír, s különösen figyelemre méltó a tanköteles gyermekek iskoláztatása, illetőleg a tankötelezettségi törvénynek minél szélesebb alapon történő végrehajtása, mi esak úgy érhető el, ha a törvényben érintett 9 korosztályú tanköteles gyermekek minden mellékes tekintet nélkül pontosan nyilvántartatnak.

Kétségtelen ugyan, hogy az ország törvényhatóságai az 1876. évi XXVIII. törv. czikk 6. §-ának 3. pontjában kijelölt kötelességiüknek teljes odaadással iparkodtak megfelelni, és ha mind e mellett a tanköteleseknek egy bizonyos százaléka az összeirásból ki is maradt, annak okát legtöbbnyire azon körtílményben kell keresni, hogy a községi előljárók egyrésze az összeirást a törvény betű szerinti értelmében junius, julius vagy augusztus hónapokban tehát oly időben teljesíték, midőn nem csupán a szülöök nagyobb fele aratással, s más egyéb külső gazdasági munkával volt elfoglalva, de maguk a tanköteles gyermekeknek, csak nemileg alkalmas része is különböző külső elfoglaltságban szerteszóródott.

Tekintve azt, hogy a fentebbidézett törvénycikkekben a tankötelesek összeirása meghatározott idő korántsem ezen munka megkezdésének, hanem annak befejezésének idejét jelenti, fölhívom a közigazg. bizottságot, intézkedjék az iránt, hogy mindenütt hol a mezőgazdasági, s általában véve külső foglalkozás miatt a tankötelesek összeiratását a nyári munka alatt a községi előljárók pontosan nem teljesíthetik, vagy abban saját elfoglaltságuk által akadályoztatnak, az összeirást már a tavaszi munkaidő beállta előtt az 1882. évi junius 30-án 20507. sz. a. kiadott A.) nyomtatványon foganatosításak; továbbá, hogy azt minden évben junius hó végeig a saját hatáskörükben rendelkezésére álló egyéb nyilvántartások esetleg az egyházi anyakönyvek segedelmével véglegesen megállapitsák, s annak egyik hitelesített példányát, legkésőbb július hó első napjára a közigazg. bizottsághoz illetve szakelőadójának kezeihez eljuttassák.

Az eljárás egyöntetűsége érdekében ezúttal arra is fölhívom a közigazg. bizottságot, intézkedjék, hogy ezen rendeletem már az 188 $\frac{4}{5}$ -iki tanévre tanköteles, vagyis minden 6, 7, 8, 9, 10, 11, és 12, 13, 14 éves gyermek már a küszöbön levő 1884-iki polgári év első hónapjaiban összeirassék, kik 1868. évi szept. hó első, s 1877. évi augusztus hó 31-ik napja közötti 9 év alatt született.

Ugyancsak az egyöntetű eljárás és annak állandósítása czéljából záradékul arra is fölhívom a közigazg. bizottságot, utasitsa szakelőadóját, hogy jövőre a tankötelesek összeirására vonatkozó még pedig az összeirás alá eső 9 korosztálybeli gyermekek születési évének pontos és részletes kijelölésével ellátott javaslatát minden évben a deczember havi ülésen — további intézkedés végett a közigazg. bizottságnak előterjeszsze. Budapesten, 1883. évi deczember hó 10-én. A Minister meghagyásából: Buzogány Áron osztálytanácsos.

323

1884

Vallás és közokt. m. kir. Ministertől. 698. szám. A Hirschmann József által az 1870. év július 5-én 5. sz. a. a budapesti orsz. izr. tanítóképezdében nyert elemi népiskolai tanítóságra képesítő oklevél állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánítatik, s nevezett részére, ki időközben nevét az 1883. évi június hó 26-án 26609. sz. a. kelt m. kir. belügyministeri engedély folytán „Hevesi” re változtatta, annak jogérényes másodlata az 1883. évi 39690 közoktatásügyi ministeri rendelet alapján szabályszerűen kiadatott.

(Josephus
Hirschmann
obtinet dupli-
catum testi-
monii.)

Miről van szerencsém a főtiszt. egyházm. hatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapest 1884. január hó 13-án. A Minister meghagyásából: Gönczy Pál ministeri tanácsos.

324

1884

Vallás és közokt. m. kir. Ministertől, 327. szám. A Bellada Ferencz által (Franciscus Bellada obti- a pécsi r. kath. tanítóképezdében 1880. évi ápril 2-án 17. sz. a. nyert elemi nép- iskolai tanítóságra képesítő oklevél állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánítatik és net duplica- annak jogérényes másodlata nevezett részére f. é. január 1-én 3. sz. a. szabály- tum testimo- szerűen kiadatott. niti.)

Miről van szerencsém a főtiszt. egyházm. főhatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett, tisztelettel értesíteni.

Budapest, 1884. január hó 13-án. A Minister meghagyásából: Gönczy Pál ministeri tanácsos.

325

1884

A vallás és közoktatási m. kir. Ministertől. 40202. sz. A Lendvay Luiza (Aloysia Lend- által az 1863/4-ik tanévben a budapesti kath. tanítónő képezdében nyert elemi iskolai vay obtinet duplicitas testi- képesítő oklevél állítólag elveszvén, ezennel semmisnek nyilvánítatik s nevezett részére annak jogérényes másodlata folyó évi november 13-án 54. sz. a. szabály- monii.) szerűen kiadatott.

Miről van szerencsém a főtisztelendő egyházmegyei főhatóságot, a szokásos köröztetés szives eszközlése végett értesíteni

Budapesten, 1883. évi deczember hó 12-én. A Minister meghagyásából: Buzogány Áron, osztálytanácsos.

326

1884

A czikói kántortanítói állomás üresedésbe jövén erre folyó évi április 15-ig pályázat nyittatik. A pályázók kellően felszerelt folyamodványait a kerületi esperes- és tanfeliigyelőhöz Bonyhádra küldjék.

(Publicatur
concursus pro
stationes do-
centis in
Czikó)

Ezen állomás jövedelme következő: a) Kényelmes lakás 3 szobával (a 3. szoba az altanító részére van) 2 konyhával, 1 pince, 1 istálló, 1 éléskamra, kút és 154 □ öl házikert. b) Belsőségben 534 □ öl jó minőségű szántóföld és szintoly minőségű 324 □ öl szöllő. c) Külsőségben 1199 □ öl szintén jó minőségű szántóföld

és hasonminőségi 481 □ ől kenderföld. d) 2 hold és 77 □ ől legelőföld. A b) és c) alatti földeket a község tartozik megszántani, a d) alattit pedig a tanító maga művelte. e) 1218 □ ől rét, melyről a szénát és sarjut a község csak behordja. — Párbér fejében: a) minden házbirtokospártól 1 nyolczada tiszta buza, 1 nyolczada rozs és 21 kr. o. é. lélekpénz jár. (Házak száma 213.) b) minden szőlőbirtokostól 4 itcze bor. c) A zsellérektől lélekpénz fejében 21 kr. o. é. és ha van szőlője 4 itcze bor. d) Ismétlő oktatásért 26 frt o. é. e) Stóla illeték fejében körülbelül 40 frt o. é. f) A kegyuraságtól 12 ől fa. g) Ostyasütésért 6 frt o. é.

327

1884

(Publicatur concursus pro statione sub. docentis in Vökány.) A vökányi altanitói állomásra f. é. március 1-ig pályázat nyittatik. Jövedelme: 250 frt o. é. és egy szobából álló lakás. Tannyelv: magyar, német. A folyamodványok az iskolaszéki elnökhöz Vökányba küldendők.

328

1884

(Publicatur concursus pro statione do centis in Nagy-Kozár.) A nagy-kozári fiók-egyházel, róm. kath. jellegű kántortanitói állomás üresedésbe jövén, erre pályázat nyittatik. Ezen állomás évi jövedéke: a) két szobából álló lakás $\frac{1}{8}$ holdnyi házikerttel. b) minden házaspártól — 158 — $\frac{1}{4}$ mérő gabona, fele buza, fele rozs, felnegyed mérő szemes kukoricza, 5 itcze bor és 20 kr. c) vasárnapi oktatásért 21 frt és minden köznapi tanuló után 40 kr. d) 9 hold szántóföld és fél hold rét, mind a tanító által művelve. e) 5 ől kemény tüzelőfa a község által vágyva és behordva, a melyből az iskola is füttetik. f) stóla illeték mintegy 8 frt. g) 4 ingyenfuvar Pécsre. Tannyelv horvát, német, magyar. A kérvények a kerületi tanfelügyelőséghez Kővágó-Szőllősre intézendők, f. é. március 15-ig.

329

1884

(Publicatur concursus pro statione do centis in Szedres.) A szedresi r. kath. tanító-állomás betöltésére f. é. március 15-ig pályázat hirdettetik:

Jövedelme: utólagos évnegyedenkint fizetendő évi 300 frt o. é. két ől puha fa, két szobából álló lakás, konyha, éléskamra, pince és 120 □ ölnyi házi kert. Folyamodók a kerületi tanfelügyelőhöz Tolnára intezék kérvényeket f. é. március 15-ig.

44 cons.

1884

(Theses theologicae elaborandae.) Theses theologicae anno labente per cunctos ad id obligatos elaborandae de fixae sunt sequentes:

a) E Theologia Morali pro corona vernali: In quo consistit differentia formalis inter peccatum mortale et veniale? quomodo possunt dignosci mortalia ratione materiae? quomodo ratione formae?

b) E Jure Canonico pro corona autumnali: Matrimonium s. d. civile quacunque forma receptum Ecclesiae injuriosum, statui vero nocivum est.

330

1884

(Examen synodale.) Cunctis, quos attinet, notum reddo terminum examinis synodalis a. c. in 26-tam et 27-mam Augusti defixum esse.

Datum Budapestini die 8-va Februarii 1884.

Ferdinandus, m. p.
Episcopus.

QUINQUE-ECCLESII S,

TYPIS LYCEI EPISCOPALIS (C. FESZTL.)

II.

Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi!

Appropinguantibus sacratoribus Quadragesimae diebus os meum rursus patet ad Vos venerabiles Fratres et Filii dilectissimi.

Quamquam enim dies hi non ad vos solos pertineant sed ad omnes, sine discrimine, fideles Christi: attamen et debita sacri observantia jejunii, quam Ecclesia hoc tempore exigit et huius scopus ac finis, sanctificatio plebis Christi, vestro potissimum studio ac vestro ministerio verbi scilicet, exempli et dispensationis mysteriorum Dei viget et perficitur.

Quod cum ita sit: ad vos V. F. et F. D. nunc quoque verba dirigenda esse censui; ut, cum Praesulem audientes, aliqua fortassis, Deo opitulante, salutis incitamenta sumpseritis et sanctificationis propriae incrementa cooperitis: exinde et in plebem Christi gratia redundet ac spiritualis abundantia benedictionis.

Qua in re magni, gentium, Apostoli exemplum intueor. Cuius, cum epistolae omnes hortamentis salutis sint plenae, nusquam tamen graviora sunt, et solemnius personant, quam cum ad eos loquitur quos constituit ut secum collaborarent Evangelio secundum virtutem Dei (2. Tim. 1.)

Novit siquidem Apostolus ea quae pastoribus dicuntur etiam plebi dicta esse; quae in illis adaugent spiritualium dona charismatum etiam his prodesse ad salutem; ac sanctitatem animi et perfectionem sacerdotis tutissimum esse fundamentum, super quo construatur et unde surgat illa mystici templi aedificatio, in qua nos omnes coaedificari oportet in habitaculum Dei in Spiritu (Eph. 2.)

Dum itaque vos, V. F. et F. D., in ingressu sacrorum Quadragesimae dierum, ad strenue agendam sanctificationem vestram, per emundationem conscientiae ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi, verbis invitare rursum et ad sectandam ampliorem vitae sacerdotalis perfectionem cohortari in animum induco: nihil melius, nihil ad finem aptius, me facere posse existimo, quam, si, ipsissima aliqua eius ad discipulos et cooperarios directa, verba menti oculisque vestris subjecero; quae, utpote non Mea sed gentium Apostoli verba, serio expendere, ruminare eorumque sensum ad vos applicare velitis vos oro et obtestor. Videtur quippe mihi quod haec mox alleganda ad Timotheum et Titum, carissimos suos discipulos et cooperarios directa monita et verba totam quadamtenus rectae sacerdotalis vitae rationem et modum contineant et comple-

(Litterae
Pastorales
pro S.
Quadragesi-
ma.)

tantur adeo, ut, si vel haec ipsa sola volvere diligenter, menteque penetrare et consecitari volueritis, invenietis omnia, quae vos apprime moveant et efficaciter, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. — Ait enim, hinc et inde, in his litteris suis, Apostolus, quae maxime pastores fidelium concernunt:

Exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. — Dum venio, attende lectioni, exhortationi et doctrinae. — Noli negligere gratiam, quae in te est; quae data est tibi, per prophetam, cum impositione manuum presbyterii. Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. — Attende tibi et doctrinae. Insta in illis. Hoc enim faciens et te ipsum salvum facies et eos qui te audiunt. — Est quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. — Radix omnium malorum est cupiditas. — Tu autem, o homo Dei, haec fuge. Sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam mansuetudinem. — Labora sicut bonus miles Christi Jesu. — Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus. — Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, — operarium inconfusibilem. — Profana et vaniloquia devita. — Vigila, in omnibus labora, opus fac evangelistae, ministerium tuum imple, sobrius esto. — Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam aeternam, in qua vocatus es.

Quot verba, totidem ad exequendum strenue munus et explendum, sectandamque vitae sacerdotalis sanctitatem incitamenta. Quae, sanctitas, maior in sacerdote quam in ceteris aliis esse debet. Quamvis enim omnium, sine discrimine, sanctificatio voluntas sit Dei et perfectio vitae sine mensura omnibus proposita: quis tamen ambiget: altiore requiri perfectionis gradum in eo, qui alios ad perfectionem sine fine, movere et dirigere; — impensius esse debere studium sanctificationis eius qui reliquos ipsa viae vocationis suae sanctificare; ac integriorem vita moribusque eum, qui omnibus ad sanctitatem vocatis ita praepositus est, ut exemplum sit, e quo caeteri cuncti sumant quod imitantur?

Nec mirum. Cum enim nos sacerdotes eum ad salutem, quam omnibus largiri vult, cooperarios, elegerit et ad penitorem secum familiaritatem vocaverit Deus, — ut quae eius sunt tractemus et perficiamus; eius, quem salvare vult, populum perdoceamus, ac ea, quae neque Angeli possunt perficiamus, utque possimus potestate et gratia, quae filio in coelis et in terris data est, instruxerit et cumulaverit: nonne et his dignos ac proinde caeteris omnibus sanctiores esse hoc ipso voluit; quandoquidem certum est, dicente ipso Domino Salvatore, cui plus datum est, — plus requiri ab eo.

Semper enim quos preferenter elegit et destinavit eosdem et peculiari ratione et modo sanctificavit et sanctos esse voluit Deus (Rom. 8).

Ideo propheta immo plusquam propheta S. Joannes Baptista, quippe qui praeivit ante faciem Domini parare vias eius, eumque minus oculis conspexit, undis abluit et digito monstravit: jam ex utero matris sanctificatur et is tantusque praedicatur, quo, inter natos mulierum maior non surrexerit. Ideo sanctissima Virgo et Mater Dei, tam beata ac inter mulieres benedicta ab omni prorsus labe semper

libera, immaculata, coelestium charismatum omnium copia de thesauro immensae divinitatis adeo locupletata, et >Sanetis omnibus sanctior, coelis excelsior, Cherubim gloriosior, Seraphim honorabilior et super omnem creaturam longe venerabilior (S. Germanus) quia nemo aliis tam prope ad Deum accessit. Matris quippe Dei dignitate conspicua adeo admirabilis, ut sola et unica esset ad id electa >Cui Deus Pater dilectissimum Filium Unigenitum sic dare disposuit, ut esset unus idemque communis Dei Patris et una simul eius filius (Bulla dogm. Piu P. IX).

Quae cum ita sint V. F. et F. D. et vocationis magnitudini, electionisque dignitati ac ad Deum propinquitati vitae morumque sanctitatem parem esse nonmodo deceat verum etiam oporteat: quantam, quaeso, a nobis requiret Deus?

Magna quippe est dignitas nostra. >Grandis Sacerdotum dignitas< inquit s. Hieronymus. — Ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei cum simus, quidquid in ordine ministerii nostri perficimus Dei loco, Dei nomine et vice, — ad sugerendam salutem dilatandumque Dei regnum in terris et in coelis agimus. Perpendite V. F. et F. D.

>Nisi quis renatus fuerit, ex aqua et Spiritu sancto, non potest videre regnum Dei<, inquit Salvator Jesus Christus. (Jo. 3) Salvos quippe nos facit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti; ut justificati gratia ipsius spem habeamus vitae aeternae (Tit. 3). — Tu itaque sacerdos, homo Dei, mandato Christi, cuius minister es, parens: excipis filium Adae ut facias filium Dei: eximis e potestate daemonis, Deo commendas, benedicis, efficisque ut sit nova creatura, ex Deo natus, membrum Christi, templum Spiritus sancti, haeres Christi, per verba >Ego te baptizo<. — Facis id quod solus Deus facere potest, teste Job >Quis potest facere mundum de immundo: nonne Tu (Deus) qui solus es<. Facis quod ipsius Christi Salvatoris est, prout praecursor digito monstrans ait: >Hic est qui baptizat in Spiritu sancto< unde notissimum illud s. Augustini dictum >Petrus baptizet: hic est qui baptizat. Paulus baptizet: hic est qui baptizat.< — Cuius ergo personam sustines? Cuius nomine et virtute homines per sacramentum regenerationis sanctificas et justificas? Nonne vice et nomine Dei, Patris scilicet per Filium in Spiritu sancto?

Haec est vita aeterna, ait porro divinus Salvator, ut cognoscant (homines) te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum: — Sime fide enim impossibile est placere Deo, docet Apostolus (Hebr. 11). Ideo tanti momenti tantique ponderis est, ut christiana fidei et legis cognitio jam tenellae pubi instilletur, cum aetate crescat, nunquam deficiat, verum amplietur semper et solidetur, nec unquam ab auditu fidelium recedat, apostolo tam graviter hortante: >Praedica verbum, insta opportune importune, argue, obsecra in omni patientia et doctrina< (2 Tim. 4). Ideo Minister verbi Domini rectus toto impendio zeli pastoralis omnique qua par est studio in eo est ut indefessus praedicet Christum: in schola, e suggestu, in omni conventu et affatu per omnem vitam. Sed vero cuius est rursus verbum quod annunciat? Est Dei verbum asseverante ipso Domino Iesu Christo: >Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me<. Nequis tamen solum proprio aliquo sensu verbum, quod homo sacerdos praedicat, Dei esse existimet S. Augustinum audiat qui scribit: >Non minus reus erit, qui

verbum Dei perperam audierit, quam qui corpus Christi in terram cadere praesumpserit.
»Non minus est verbum Dei quam corpus Christi.«

Quid de caeteris dicam? Quid de potestate ligandi atque solvendi,
quam perinde accepimus? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? — Jam vero ad
te, venerabilis ac dilecte Frater et Fili, in tribunali sedentem peccator accedit, coram te
sese accusat, abditissima quaeque soli Deo nota, atque etiam cogitationes et intentiones
pandit ut veniam consequatur et gratiam. Num te fortassis offendit? . . . Deum offendit
sed tibi confitetur et a te veniam flagitat. Neque tu illum ad Deum remittis sed ipsemet,
si dignus est, peccatis exolvis dicens: »Ego te absolvo.« Quid mirum si S. Ambrosius
hanc sacerdotum potestatem expendens exclamat: »nihil excellentius in hoc saeculo. . .
Deifica professio est. Praetulit vos, sacerdotes, regibus et imperatoribus, praetulit vos angelis.«
Et Innocentius III. Pontifex hoc ex obtutu potestatis ait: »beatissima virgo excellen-
tior fuit Apostolis, — non tamen illi sed istis Dominus claves regni coelorum commi-
sit. — Vel cui haec mente volventi non occurrant verba regii psaltis ab ipso Domino
confirmata (Jo. 10). »Nonne dixi Dii estis vos et filii Excelsi omnes.«

Aut tandem ad altare consistentis contueamur, sacerdotis, dignitatem? Verba defi-
ciunt. . . Quodsi enim in ceteris aliis Dei et Christi vitae Auctoris locum occupet eius-
que vice sacerdos, quae agit, perficiat: hie, in stupendo isthoc divini amoris mysterio,
hunc Eum Ipsum, vitae nostrae Auctorem, per verba consecrationis, vere realiter et
substantialiter producit et mystice praesentem offert. Quod dum quotidie facit, et
sacrificium immensi valoris oblati Filii Deo Patri offert, quis dicere valeat: quoties justam
iram Dei cohipeat? Quae flumnia gratiarum terricolis impetrat? Quot animas, purgandas
refrigeret; et quos et quantum pane coelesti erigit et confortet? — »O venerabilis sancti-
tudo manuum, inquit S. Augustinus. O felix exercitium! Qui creavit me sine me,
ipse creat se mediante me.«

Quis jam dixerit V. F. et F. D. non majorem in clero quam in aliis, e vi vocati-
onis et dignitatis tam sublimis, requiri sanctitatem et christianam perfectionem?

Eapropter S. Apostolus Paulus cum fideles, aut ipsos discipulos, ardentissime
quidem ubique ad ea quae Christi sunt sectanda hortetur: quum de integritate
vitae et sanctitate, quam sacerdotalis vocatio exigit, loquitur gravius vocem ad tollit et
acrius solemniusque ac per modum praecepti intimat, inquiens: »Praecipio tibi
coram Deo, qui vivificat omnia et Jesu Christo, qui testimonium reddi-
dit sub Pontio-Pilato — bonam confessionem. . . . Quam confessionem? . . . Ut
serveas, inquit, mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adven-
tum Domini nostri Jesu Christi.« (I. Tim. 6.)

Ideo S. Ambrosius, posteaquam dignitatem sacerdotum omnibus aliis praes-
stantiorem praedicavisset, statim inferendo subnectit: »Nihil proinde in sacerdote com-
mune cum multitudine esse oportere: potius vitam eius ita debere praeponderare sicut
praeponderat gratia.«

S. Johannes Chrysost. ubi hanc ipsam celsitudinem vocationis nostrae expen-
disset, quaerit: quo, proinde, ordine et dignitatis loco sacerdos Christi collocandus? Quam
ab eo integritatem requiremus et quantam religionem? »Nonne inquit eum sic purum

esse oportet aesi, in ipsis coelis collocatus, coelestes inter virtutes medius staret? —
»Debet vivere immaculatus ut omnes illum ceu exemplum adspiciant. Ad hoc enim nos Deus elegit, ut simus luminaria et magistri caeterorum ac velut angeli versemur in terris.«

»Clericus, ait s. Augustinus, duo professus est, clericatum et sanctitatem.« Et s. Gregorius M. »Necesse est, ut, sacerdos, mortuus omnibus passionibus, divina vivat vita.«

S. Thomas Aquinas, magnus in Ecclesia magister, clericos in virtute plane perfectos esse vult et sanctos cum scribit: »Ordines sacri praeexigunt sanctitatem. — Unde pondus ordinum imponendum parietibus jam desiccati: i. e. ab humore vitorum liberis. Et caussam allegat unam a) »quia ad idoneam executionem ordinum non sufficit bonitas qualisunque sed requiritur bonitas excellens: ut siue illi qui ordinem suscipiunt super plebem constituuntur gradu ordinis ita et superiores sint merito sanctitatis. — Et aliam b) »quia per sacrum ordinem, aliquis deputatur ad dignissima mysteria, quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris, ad quod requiritur maior sanctitas interior, quam requirat vel ipse status religionis.«

Hoc ipsum s. Concilia inculcant. »Qui sancti non sunt, secundum concilium Carthaginense IV — sancta tractare non debent.« — Et concilium Mediolanense IV sic monet: Eam vos (sacerdotes) virtutem induite, ut videant alii, quasi lumen aliquid, vestram sanctitatem elucere. Quae si magna in aliis vitae christianaee institutis requiritur, certe in vobis, qui mysteriorum Dei ministri divinaeque gratiae dispensatores estis, maior inesse debet.« Postremo:

SS. Concilium Tridentinum nobis episcopis diserte praecipit; monere, clericos nostros, cuiuscunque fuerint ordinis: »ut conversatione, sermone, scientia Dei populo praeceant, memores eius quod scriptum est: sancti estote quia ego sanctus sum.« Quum omnino deceat in sortem Domini vocatos ita vitam moresque componere ut, habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant — levia etiam, quae in ipsis maxima essent, effugientes.«

Magnae itaque dignitati et sublimi vocationi nostrae, secundum omnes fidei auctoritates, magna et par convenit integritas morum et excellens vitae sanctitas, summumque studium perfectionis. Quae posteriora quantum prioribus concordent, Vobis ipsis V. F. et F. D. ac uniuscuiusque conscientiae, hoc vel maxime S. Quadragesimali tempore perpendendum serio, discutiendumve coram Deo et dijudicandum relinqu.

Id certum, necesse esse, ut nunquam negligamus immo quam vigilantissime semper et solertissime suscitemus gratiam, quae in nobis est, quam accepimus per impositionem manuum. (Tim.)

Hoc vero fiet, si non neglexerimus, immo diligenter adhibuerimus media illa et adminicula, quibus, cum Dei gratia, sanctitas sacerdotalis innititur, per quae conservatur, crescit et adaugetur . . . Adminicula pietatis, — adminicula compunctionis et reconciliationis, — adminicula virtutum et operum.

Inter haec media sanctitatis aut recuperandae, aut conservandae, confortandae et adaugendae, sacra Exercitia spiritualia referuntur, quae, quia non in uno

aliove sanctificationis adminiculo versantur sed cuncta propemodum adhibent et per cuncta animam seu spiritum exercent, recte hoc nomine compellantur. »Quemadmodum enim, inquit ipse magnus eorum magister sive auctor S. Ignatius, ambulare et currere exercitia sunt corporalia: ita orare, meditari, conscientiam examinare et cetera huiusmodi, exercitia sunt spiritualia, quia in his vires animae, memoria, intellectus, voluntas exercentur.« »Sunt exercitatio animae, quam eo fine suscipimus, ut repurgemur a peccatis et inclinationibus pravis (via purgativa) tum vero et sequaciter ut clarius perspiciamus et cognoscamus quae nobis agenda sunt (via illuminativa) sive moveamur ad volendum id quod Deus vult et opere exequendum« (via unitiva) — Verbo: sunt pervium plane et naturale ac simplicissimum quoddam asceseos vitae christiana, sive sacerdotalis practicum compendium.«

Quia vero, idmodi animae exercitatio, in medio strepitus mundi et nundinationum, quotidianorum negotiorum vitae cum sufficiente mentis recollectione fieri nequit; ideo saera Exercitia e natura rei ipsius semper et ubique per modum recessus in solitudinem instituunt nec facile aliter cum fructu institui possunt.

Idmodi recessum in solitudinem animae omnes Sancti et Sanctae Dei nimis amabant et fovebant, in ea spiritu convalescebat et Deo conjunctissimi evaserant. »Solitudo mihi ad flendum pro peccatis aptior suggerebatur, scibit s. Augustinus. In solitudine audivi: tolle, lege. In solitudine, exenso sacro codice, legi: non in commissationibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione sed induimini Dominum Iesum Christum. Beata solitudo, ubi luce cordi meo infusa, omnes tenebrae conversionem remorantes diffugerunt.« De magna idmodi recessuum utilitate persuasus S. Vincentius a Paula instituti sui domicilia hoc fine patere voluit; vir inquam ille, quem Ecclesia ceu »ad ecclesiastici ordinis decorem promovendum apostolica virtute roboratum« colit. Eos admodum promovebant S. Philippus Neri — S. Franciscus Xav. et Borgias. S. Carolus Borromaeus, qui clero suo annue solitudinem petenti seipsum ducem praebuit; — S. Franciscus Salesius et alii plurimi viri secundum cor Dei.

Romani pontifices magno animo commendarunt, indulgentiis et apostolicis benedictionibus locupletarunt, uti Paulus III. Benedictus XIV. immortalis plane memoriae Pius IX. qui mox atque cathedral Petri condescendit, apostolicis literis ad episcopos orbis directis, haec scribit: »Cum vobis compertum sit ad ecclesiastici ordinis dignitatem et sanctimoniam retinendam et conservandam plium spiritualium exercitorum institutum vel maxime conducere; pro episcopali vestro zelo tam salutare opus urgere annueque in sortem Domini vocatos monere et hortari ne intermittatis: ut saepe in opportunum locum secedant; quo exterioribus curis sepositis ac vehementiori studio aeternarum divinarumque rerum meditationi vacantes et contractos de mundo pulvere sordes detergere et ecclesiasticum spiritum renovare possint.«

Hinc est, Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi, quod saera Exercitia Spiritualia in plurimis orbis terrarum Dioecesis, ordinarie, quotannis serventur; aut quod pientiores saltim Sacerdotes de tempore in tempus privatim pro se idmodi recessus instituant et per aliquos dies, marte proprio s. exercitiis vacent; ut sese repurgent, illuminent et Deo revinciant.

Atque negari non potest, quin etiam privati idmodi recessus, dum hic ille probus Sacerdos Frater, monitum Domini sequens, intrat cubiculum et clauso ostio orat Patrem in coelis^c et hoc pietatis genere per dies sese exerceat, — multum proficere ad sanctimoniam conservandam et promovendam. Attamen, quae in communi instituuntur sacra Exercitia Cleri, potiorem habent commendationem. 1. Quia communia haec non retrahunt a privatis quin immo ad haec ipsa valde disponunt et inclinant. Qui enim bene perficiens exercitia communia, illorum in se experitur magnam utilitatem consolationesque degustat et delicias, neque enim habet amaritudinem conversatio Dei nec taedium convictus illius (Sap. 8): ille inquam libentissime promptus erit ut faciat aliqua eorum privatum quoque pro se, quae fecit in communi cum fratribus exercitio: quotidie, per mediam fortassis horam orando, meditando, considerando, conscientiam perscrutando, proposita sancta concipiendo seseque Deo et divinis impensis devovendo. Faciet porro, quod pariter multorum piorum per orbem sacerdotum usus habet; ut praeter quotidianam brevem, longiorem, puta per integrum diem protractam, quovis mense instituat sui exercitationem ad imitationem maioris, in communi peractae, et ad fructus, quos ab ea retulit, conservandos, maturandos atque ad novos et ubiores praeparandos. — 2. Quia in exercitiis privatis, tametsi ductu bonorum librorum spiritualium praesceptis, laude digne quidem, sed tamen quisque seipsum per semetipsum exercet: cum tamen magnus sanctorum recessuum magister S. Pater Ignatius, plurimum in eo reponat ne quis ea sibi ipsi subministret verum potius ab alio accipiat. Iste quippe aliis erit, ad hoc opus, utcunque exercitatiō et aptiō ae ut supponi debet etiam peculiariter vocatus a Deo. — 3. Exercitiis spiritualibus communibus interest tota universitas cleri. Adest episcopus, adsunt canonici et dignitarii quique. Advolunt meritissimi pastores senio, labore, studiis, praeclari. Accedunt etiam juniores. Neque pedem ab eis retrahunt qui frigidiores sunt et inermes. Omnes, qui possunt et volunt convolant et coadunantur eo scopo: ut quisque per purget quod in se purgandum habet; ut illuminetur in quibus cœcutit; denique ut omnes uniantur Deo, qui omnes misit, cuique cœneti, unusquisque in ordine suo, servimus et formulamur. Alter se ad alterum demittendo humiliat; alter ad alterum proprius accedendo animos sumit. Omnes congregantur in unum ut aedificantur, sanctificentur et ut se unum esse cognoseant. Num in idmodi congressu omnium, qui ad invicem spectant et eodem tramite vocationis incedunt, non eveniet illud, quod Dominus promisit, ubi plures convenerint in nomine meo, ibi Ego sum in medio eorum^c? Num non confovebitur charitas illa, quam amantissimus Salvator et Dominus, verbis, opere et exemplo nos docuit; quae conditio sanctificationis est, quia qui non diligit manet in morte^c (I. Jo. 3.) et signum vocationis unde cognoscant homines quod discipuli Christi simus. Tandem 4, ita se res cum sacris exercitiis habet V. F. et F. D. sicut cum festis quibusdam solemnioribus aut temporibus sacratiōribus aut locis gratiosis. Deus quidem semper et ubique paratus est quibusvis sua largiri beneficia et gratias impertiri; sunt tamen certa tempora et certa loca quae privilegio quodammodo gaudent quibusque vehementius et superabundantius gratiae affluunt et salutis beneficia. Talis locus gratus est et solitudo spiritualis; dies S. Exercitorum tales sunt dies salutis et tempus acceptabile. — In solitudine Sinai Moyses, famulus Dei, tabulas legis accepit. In soli-

tudine Carmeli Elias Spiritu Domini repletus est. In solitudine deserti Joannes baptista fortis factus evasit praeco poenitentiae salutaris. In solitudine coenaculi hierosolymitani Apostoli dona Spiritus sancti receperunt. E solitudine magni Doctores Ecclesiae et omnes viri Spiritu Dei pleni prodierunt; in illa ea hauserunt lumina, quibus coaevos et posteros, ad revelationem gentium, tantopere collustrarunt (Schlör).

Aedificemus itaque et nos nobis solitudinem, Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi, in qua loquatur nobis Dominus, in qua compungamur animo et illustremur mente, exardescatque ignis ille divinus in cordibus nostris, quo Deo toto studio famulari, nostram et gregis nobis commissi salutem operari sanctam Matrem Ecclesiam exaltare Deique et Christi Jesu gloriam premovere queamus!

Accipite ergo jam vigore præsentium: indicta S. Exercitia. Quorum quotannis copiam vobis facere, Deo consiliis meis favente, peropto; et quorum asservandorum dies, modus et series suo tempore ad notitiam vestri perferentur.

Interim sanctificate, quod instat, jejunium, illudque saltim ea ratione peragite et a fidelibus curae vestrae creditis observari facite prout id Circularibus Anni 1877 et 1878. præscriptum est.

Szabolcsensis; Kubinyi Alexius, par. N.-Bólyensis; Kutor Franciscus, par. Tótkesziensis; Kuzmics Josephus, par. Harkanovicensis; Lechner Joannes, Can. Hon. theol. prof; Lichtfusz Ferdinandus, par. Fekedensis; Loncsár Josephus, prof. iur.; Magyar Josephus, curatus Harcensis; Martin Stephanus, par. Sümeg Szt.-Lászlóensis; Márton Michael, par. Szigetvárensis; Márton Martinus, par. Németiensis; Medgyesy Eduardus coop. Quinque-Eccles.; Mendlik Augustinus Abbas par. Quinque-Eccles.; Mikó Georgius par. Szegzárd-ujvárosensis; Molnár Martinus, coop. Sz.-Erzsébetensis; Molnár Victor coop. V.-Dombóensis; Nagy Adalbertus, par. Vaszarensis; Nagy Alexander, par. Bogdásaensis; Németh Franciscus, par. Tevelensis; Novák Josephus, coop. Ozoraensis; Obadich Franciscus, par. N.-Nyárádensis; Onczay Geysa, coop. Szegzárden-sis; Pfisterer Aemilius, par. Sz.-Györgyensis; Pozsgay Josephus, coop. Quinque-Eccles.; Prantner Franciscus, succentor; Prikler Carolus, coop. Bonyhádensis; Proksch Franciscus, coop. P.-Bogádensis; Radó Desiderius, coop. Szajkensis; Rézbányai Joannes, praef. Orphanotrophii; Rónay Alexander, Praep. par. Mohácsensis; Schadutz Rudolphus, par. in Somogy Szt.-Balázs, dioec. Veszprimiensis; Scharfen-berger Joannes, coop. Czikóensis; Schell Antonius, par. Egeraghensis; Schultz Carolus par. N.-Márokensis; Schuszter Antonius, par. Himesházensis; Sissovics Joannes, par. Tamásiensis; Spiesz Joannes, par. K.-Szöllőensis; Szántó Sigismundus, par. Kajdacsensis; Szemennyei Michael, par. Regölensis; Szeredy Josephus, prodir. Lycei Juris; Szilvásy Michael, par. Szászvárensis; Szilvek Ludovicus, praef. Studior. Szuly Josephus par. Berkesdensis; Streicher Petrus, par. Högyészensis; Topáll Paulus, par. Mosgóensis; Ujváry Nicolaus, coop. Ráczpetrensis; Vidák Josephus par. Hetvehely-ensis; Vitkovics Franciscus, coop. Kurdensis; Wajdits Julius, par. Szakadátnensis; Wurster Josephus, theol. professor; Zányi Georgius, par. Faddensis; Zsuljevics Martinus, coop. Quinque-Eccles. Numero: 104.

1524.

1884.

(Urgetur ha-
bilitatio do-
centium et
proventuum
exintegratio)

A nmlgú Vallás- és Közoktatási m. kir. Ministerium f. é. juliust 4-én 16285. sz. a. kelt leirata értelmében meghagyatik: Müller János bolmányi, — Szeipl Konrád rácspetrei, — Tresek Gáspár iván-dárdai, — Krieg György kis-dárdai, — Alma Lajos góriczai, — Kormos János kapos-szekcsői, — Füg József okorvölgyi, — Krammer Róbert mágocsi, — Papp János paléi, — Dani István pölöskei, — Kardos István szakáli, — Kleineisler János vásnoki, — Wundsam Pál gödrei, — Tóbel József pócsei és Morvay Károly horváthertelendi tanítóknak, hogy a mennyiben tanképesítő oklevéllel még nem birnának az 188 $\frac{1}{2}$ -iki tanév végeig a tanképesítő vizsgálatot okvetlenül letegyék, annál is inkább, mert az 188 $\frac{3}{4}$ -ik tanévre a képesítéssel nem bíró egyének a tanítástól ha-tóságilag eltiltván, csak képesített tanítók fognak alkalmaztatni.

Ugyancsak a nmlgú Vallás és Közoktatási m. kir. Minister Ur Baranya-megye kir. tanfelügyelője által értesülvén, hogy Gregurenčí György baráturi tanító 193 frt, Hoffman battyáni tanító 172 frt, Kovács Antal bánosi tanító 258 frt, Eicher György bikali tanító 284 frt, Váczi János bisztriczei tanító 171 frt, Gružling István bogdásai tanító 248 frt, Hirtenreiter Mihály borjádi tanító 180 frt, Rácz Miklós dinnyeberki-i tanító 215 frt, Kiel Ágost dobokai tanító 173 frt, Smering Gáspár gerényesi tanító 214 frt, Alma Lajos góriczai tanító 74 frt, Baumann Péter gyódi tanító 291 frt, Mecz József gyüdi tanító 250 frt, Alma József gyümölcsényi tanító 204 frt, Keller János gyürlütfűi tanító 238 frt, Herendy Kálmán helesfai tanító 257 frt, Morvay Károly horv-hertelendi tanító 248 frt, Huber Máthé hörnyéki tanító 210 frt, Lőrinez Jakab jakabfalui tanító 179 frt, Schneider Márton jánosi tanító 250 frt, Trecsek Gáspár iván-dárdai tanító 205 frt, Alma Antal kaáni tanító 89 frt, Kayser Ferencz kácsfalui tanító 295 frt, Krieg György kisdárdai tanító 220 frt, Allinger István komlói tanító 259 frt, Schreer János korpádi tanító 190 frt, Kiefer József kováczennai tanító 245 frt, Huckker Ádám köblényi tanító 285 frt, Veber Sebestyén kövesdi tanító 239 frt, Folbert Károly M.-Bólyi tanító 261 frt, Markovics Vendel m.-hertelendi tanító 205 frt, Vezler István mánfai tanító 277 frt, Csiszár Béla meződi tanító 272 frt, Heilmann József n.-budméri tanító 281 frt, Pokorny Márton nagy-palli tanító 271 frt, Miklósy János ó-falui tanító 283 frt, Függ József okorvölgyi tanító 73 frt, Kulesár István orfűi tanító 280 frt, Papp János palei tanító 150 frt, Kruckenberger Mihály pusztatalui tanító 138 frt, Baumann Péter rákosi tanító 236 frt, a sároki tanító 261 frt, Kardos István szakáli tanító 166 frt, Schmeller József szalatnaki tanító 249 frt, Baumann János szárászi tanító 210 frt, Valz Antal szt-györgyi tanító 200 frt, Kiefer Márton szt.-katalini tanító 200 frt, Schneider József szt.-Lászlói tanító 217 frt, Borbényi János szt.-mártoni tanító 200 frt, Geiszt Alajos tekeresi tanító 203 frt, Győrfy Mihály tékesi tanító 266 frt, Páhok Lázár tormási tanító 161 frt, Lang Jakab udvari tanító 297 frt, Kispál András új-bezdáni tanító 193 frt, Aiter Péter virágosi tanító 156 frt, Müller János bolmányi tanító 282 frt, Katalik István egerszeghi tanító 249 frt, Gründner Simon godissai tanító 280 frt, Kormos János kap.-szekesői tanító 230 frt, Koch Károly keskendi tanító 261 frt, Hipp Ferencz maróczi tanító 292 frt, Kornfeld János n.-hajmási tanító 280 frt, Princez Ágost oroszlói tanító 258 frt, Tóbel József pócsei tanító 280 frt, Boda Jakab püsp.-mároki tanító 293 frt, Bingold János szellői tanító 296 frt, Molnár Tivadar szilágyi tanító 100 frt, Hauk Péter szopoki tanító 241 frt, Goszmann Ádám ujbányai tanító 299 frt, Kleinesler János vázsnoki tanító 298 frt, Heigl Lipót versendi tanító 160 frt évi fizetéssel birnak, ezen tanítói állomások jövedelmét is legalább a törvény szeri minimumban (300 frt évi díjazásban) rendeli megállapítatni.

Ennek kapesán utasítom az illető ker. tanfelügyelő urakat, hogy egész befolyásukkal, ha szükséges, a közigazgatási hatóságok közbejöttével is, odahassanak, mikép nevezett tanítói állomások jövedelme legalább évi 300 frtig javittassék; a hol pedig ez leküzdhetlen nehézségekbe ütköznek, ott az iskolát a tanítói állomás megüresedése esetén, a legközelebbi hitközség iskolájába kebelezzen. Hivatalos jelentésöket mielőbb elvárván.

1525

1884

(*Theses
theologicae.*) Thesim theologicam pro corona vernali anni 1883. designatam laudabili cum diligentia elucubrarunt: Georgius Mikó Par. in Szegzárd-ujváros, Josephus Rézbányai Cooperator Nádasdensis, Stephanus Horváth Cooperator actu valetudinarius, Antonius Kovács Cooperator in Pinczehely.

347 Cons.

1884

(*Resultatum
examinis Sy-
nodalis.*) Examen synodale c. a. mense Septembri subiverunt: Eduardus Med-
gyesy, Joannes Jozgits, Josephus Walter. Quibus omnibus, ad sexen-
nium approbatis, praemium Král-ianum reportavit Joannes Jozgits.

1528.

1884.

(*Vincentia
Steiner
obtinet du-
plicatum te-
stimonii.*) A vallás és közoktatásügyi m. kir. Ministertől. 25461. szám, Folyó évi 20814. sz. a. kelt itteni rendelet alapján Steiner Vincentiának kaposmezői tanítónőnek a pozsonyi állami tanitónőképzde által 1878. évi augusztushó 31-én 534. sz. a. kiadott s állítólag elveszett eredeti elemi népiskolai tanítónői oklevele helyett annak ugyanazon képezdei igazgatóság által folyó 1884. évi juliust hó 1-én 639. sz. a. kiállított másodlata adatott ki,

Miről a főtisztelendő egyházmegyei főhatóságot szives tudomás végett — ezennel tisztelettel értesíteni kívántam. Budapesten 1884. évi augusztus hó 11-én. A minister meghagyásából: Gönczy Pál s. k. ministeri tanácsos.

1527.

1884.

(*Publicatur
concurrus pro
stipendio
Lacken-
bacher.*) 28579. számhoz. Pályázat. Lackenbacher Salamon, Henrik, Bernát és Jakab testvérek a bibliai tudomány tanulmányozásának előmozdítása végett katholikus hittudományi tanulók részére 15—20 bibliai versnek héberből arabra teendő legjobb fordításaért örök időkre évenkinti o. é. 472 frt 50 krt alapítottak pályadíjul.

A feltételek következők:

1. Mózes öt könyvének mindenikéből (a leszármazási lajstromok kivételé-

vel) sors által 3—4 versből álló hely szemelendő ki, mely héberből arabra fordítandó. Arab szótár használható ugyan, azonban két egyenlően jó fordítás között, a szótár nélküli készülté az előny. Legjobb fordításul az tekintendő, mely a londoni Polyglotte-hoz legközelebb áll.

2. A versenyben azon belföldiek vehetnek részt, kik a hittudományi tanfolyamot a bécsi, prágai, vagy budapesti egyetemen a jelen, vagy a legközelebb lefolyt tanévben, vagy pedig 2, legfeljebb 3 ével előbb végezték és a cath. presbyterianust felvették. Egyenlően jó fordításoknál az elsőség azé, ki a hittudományi tanfolyamot legközelebb fejezte be.

3. A verseny a bécsi, prágai és budapesti egyetemen tartandó s a dologzat 12 óra alatt elkészítendő. Rövidebb időköz viszonylagos előnyül szolgál.

Ezen díjra nézve a pályázat Bécsben folyó évi 1884. november 26-án Budapesten és Prágában pedig 1884. évi november 29-én tüzetik ki.

A pályázók kötelesek képességöket az illető egyetem hittudomány kar-dekánjának, legalább 3 nappal előbb okmányilag igazolni.

Budapesten 1884. évi augusztus hó 6-án.

A vallás és közoktatásügyi m. kir. ministerium.

1529.

1884.

A mázai róm. kath. népiskolánál egy segédtanítói állomásra pályázat nyitvatatik. Pályázhatalanképesített, illetve okleveles róm. kath. férfitanító. Tannyelv magyar és német. Évi fizetése 150 frt o. é. összeg a község házipénztárából, teljes ellátás, lakás az elaggott tanítónál, ágyneműek kivételével, ezeket köteleztetik magával hozni. A kellőleg felszerelt folyamodványok t. é. szeptember hava 30-ig a mázai róm. kath. iskolaszék elnökségéhez küldendők be (Szászvárra, posta helyben, Baranyamegyében). Az állomás azonnal lesz elfoglalando.

(Concursus
pro statione
docentis in
Máza.)

1531.

1884.

A szebényi r. kath. népiskolánál önálló osztálytanítói állomásra pályázat nyitvatatik. Fizetése a községi pénztáróból, utólagos évnegyedes részletekben, évi 300 frt, 12 meter fa, melyből az iskola is fittendő és egy szobából álló lakás. Tannyelv magyar, a német nyelv ismerete is óhajtandó. A folyamodványok a szebényi r. kath. iskolaszékhez küldendők folyó szeptember 30-áig.

(Concursus
pro statione
docentis in
Szebény.)

1532

1884.

(Concursus
pro statione
docentis in
Egerszegh.)

A sásdi anyaegyházhhoz tartozó Egerszegh község tanító állomására f. é. szeptember 30-ig pályázat hirdettetik. Folyamodók kellően felszerelt kérvényüket a kerületi tanfelügyelőséghoz Magyar-Székre küldjék.

Az állomás jövedelmeit alkotják: két szobás lakás, melléképületek és házi kerten kívül: a) minden pár után 1 8-ados buza és 1 8-ados rozs = 35 mérő. b) Páronként 20 kr. lélekpénz = 14 frt. c) Szöllőbirtokos párok után 6 régi itcze bor = 6 akó. d) Saját használatára 3 öl tüzifa, iskolafültésről a hitközség külön gondoskodik. e) TanpéNZ 17 frt. f) 5 hold szántóföld, melyet a tanító maga műveltet. g) Egy hold rét, melyet a község kaszál, gytíjt és takarít. h) $\frac{1}{2}$ hold kenderföld saját művelésére. i) Stolaris jövedelem 2—3 frt. k) szükséges malomfuvarok és a trágya évenkinti kihordása. — Tannyelv magyar.

1575

1884

(Concursus
pro statione
docentis se-
cundarii in
Závod.)

A závodi (Tolna megye) r. kath. elemi tanodánál a II-od osztály tanítói állomás üresedésbe jövén, arra ezennel a pályázat megnyittatik. Pályázni óhajtók felszerelt folyamodványait a závodi iskolaszék elnökségéhez küldjék (utolsó posta Tevel); a pályázat zárideje szept. 30-ka. Ezen állomással következő javadalom van kapcsolva: egy szobából álló lakás és 300 frt o. é.

1574

1884

(Concursus
pro statione
docentis in
Lengyel)

A lengyeli (Tolna megye) r. kath. kántortanítói állomásra pályázat nyittatik. A kántortanítói fizetés a következő: minden polgártól (jelenleg 40) egy nyolczados tiszta buza, egy nyolezados rozs és 58 kr. minden kisház után (jelenleg 62) két nyolczados rozs és 58 kr. minden zselliértől (jelenleg 16) egy nyolczados rozs és 42 kr. minden bortermelő fizet négy itcze bort, mi körülbelül 6 akóra megyen. Vasárnapi oktatásért 26 frt 25 kr. A vallás-alapból 5 frt 60 kr. Nyolcz öl tüzelőfa, melyből egy tantermet köteles fűttetni. Egy négyfogatu szekér széna. Stóla illeték körülbelül 18 frt. Ostyasütésért két mérő tiszta buza. Nyolcz hold szántóföld közül két holdat a község tartozik teljesen művelni s arról a terményeket behordani. Van azonfelül egy hold legelője és házi kertje. Lakása ujjonalanépült s három lakszoba, egy előszoba, konyha, éléskamra, pincze s a legnagyobb kényelemmel berendezett melléképületekből áll. A folyamodványok f. é. szeptember 25-ig a lengyeli iskolaszék elnökéhez küldendők be s az állomás október 1-én lesz elfoglalható.

1526

1884.

A magas kormánynak a külföldről fenyegető cholera-betegséggel szemben tett óvintézkedéseihez képest felhívom a T. lelkészeket, hogy:

(Regulas
praeservativaes
contra epi-
demiam mini-
tantem.)

a) valamint minden, ugy és főleg ez alkalommal templomaikat és iskolákat kellőképen tisztán tartsák, szellőztessék és az azokban egészségügyi szempontból netán kifogásolható állapotokat gyökeresen orvosolják.

b) A járványnak az országban való fölmerülte esetén a fennálló szabályzat értelmében mindenennél tömeges gyűlékezések veszélyesek és tiltva levén, az azon időbe eső körmeneteket és bucsújárásokat meg ne tartsák; s erről hivéiket a maga idején előlegesen értesítések,

c) az egészségügy rendezése és ellenőrzésével kormányilag megbizott helyi közegek utasításait mindenben pontosan teljesítsék.

1592

1884

Tapasztaltatván az, hogy némely iskolaszék a tanítót csak egy-két vagy három próbaévre választja meg, ezennel figyelmeztetem az összes kath. iskolaszékek elnökeit, hogy ily eljárásnak törvényes alapja nincsen. A tanítóválasztásnál ennél fogva mindenkor figyelmeztetendők az iskolaszék tagjai az 1868. 38. tcz. 138. §-ra, melynek rendelkezése szerint „a tanítók élethoszszig választatnak.“ A próbaévekre szóló választás tehát valamint eddig nem vétethetett figyelembe, ugy ezután is tekinteten kívül fog maradni.

(Electio do-
centum)

Franciscus Haragó operator Paksensis, in eadem qualitate missus est ad Czikó. Joannes Scharfenberger e Czikó ad Paks. Franciscus Romaisz e Högyész ad Báttaszék et Christianus Singer ad Högyész. A. R. Joannes Szepelt VADiaconus Distr. Mágocs a munere Inspectoris districtualis Scholarum relevatus est. Isthoc munus R. ac Cl. Michaeli Szilvásy parochio Szászvárensi concreditum. Eduardus Medgyesy coop. Q.-Eccles. ad Purificatam nominatus est parochus in Felső-Mindszent. Josephus Streicher coop. Paksensis eodem munere functurus missus est Quinque-Ecclesias ad B. M. V. Purificatam; Franciscus Györkő e Fadd ad Paks.

Datum Quinque-Ecclesiis die 9-a Septembris 1884.

FERDINANDUS m. p.
Episcopus.

QUINQUE-ECCLESIAIS,
TYPIS LYCEI EPISCOPALIS (C. FESZTL.)

XI.

Sanctissimi Domini Nostri LEONIS Divina
Providentia PAPAE XIII. Epistola Ency-
clica ad Patriarchas Primates Archiepiscopos
et Episcopos Catholici Orbis Vniversos Gra-
tiam et Commvniionem cvm Apostolica Sede
Habentes.

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIS
ET EPISCOPIS CATHOLICI ORBIS VNIVERSIS GRATIAM ET COMMVNIONEM
CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM!

1576.

1884

Superiore anno, quod singuli novistis, per litteras Nostras Encyclicas de- (Encyclica
crevimus, ut in omnibus catholici orbis partibus, ad caeleste praesidium laboranti Leonis XIII.
Ecclesiae impetrandum, magna Dei Mater sanctissimo Rosarii ritu, Octobri tota,
P. P. qua
coleretur. In quo et iudicium Nostrum et exempla sequuti sumus Decessorum Nostro-
mensis
rum, qui difficillimis Ecclesiae temporibus aucto pietatis studio ad augustam Virgi-
October
nem confugere, opemque eius summis precibus implorare consueverunt. — Voluntati
huius anni
B. Mariae
vero illi Nostrae tanta animorum alacritate et concordia ubique locorum obtempe-
V. dicatur.)
ratum est, ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor exstet in
populo christiano, et quantum in caelesti Mariae Virginis patrocinio spem universi
reponant. Quem quidem declaratae pietatis et fidei fervorem Nos, tanta molestiarum
et malorum mole gravatos, non mediocri consolatione leniisse profitemur, imo ani-
num addidisse ad graviora quoque, si ita Deo placeat, preferenda. Donec enim
spiritus precum effunditur super domum David et super habitatores Ierusalem, in

spem certam adducimur, fore ut aliquando propitietur Deus, Ecclesiaeque suae miserratus vicem, audiat tandem preces obsecrantium per Eam, quam ipse caelestium gratiarum voluit esse administram.

Quapropter insidentibus causis, quae Nos ad publicam pietatem excitandam uti diximus, anno superiore impulerunt, officii Nostri duximus, Venerabiles Fratres, hoc quoque anno hortari populos christianos, ut in huiusmodi precandi ratione et formula, quae *Rosarium Mariale* dicitur, perseverantes, sibi validum magnae Dei Genitricis patrocinium demereantur. Cum enim in oppugnatoribus christiani nominis tanta sit obstinatio propositi, in propugnatoribus non minorem esse oportet constantiam voluntatis, quum praesertim caeleste auxilium et collata nobis a Deo beneficia, perseverantiae nostrae saepe soleant esse fructus. — Ac revocare iuvat in mentem magnae illus Iudith exemplum, quae almae Virginis typum exhibens stultam Iudeorum repressit impatientiam, constituere Deo volentium arbitrio suo diem ad subveniendum oppressae civitati. Intuendum item in exemplum Apostolorum, qui maximum Spiritus Paracliti donum sibi promissum expectaverunt, perseverantes unanimiter in oratione cum Maria Matre Iesu. — Agitur enim et nunc de ardua ac magni momenti re, de inimico antiquo et vaferimo in elata potentiae suae acie humiliando; de Ecclesiae eiusque Capitis libertate vindicanda; de iis conservandis tuendisque praesidiis in quibus conquiescere oportet securitatem et salutem humanae societatis. Curandum est igitur, ut luctuosis hisce Ecclesiae temporibus Marialis Rosarii sanctissima consuetudo studiose pieque servetur, eo praecipue quod huiusmodi preces cum ita sint compositae ut omnia ex ordine salutis nostrae mysteria recolant, maxime sunt ad fovendum pietatis spiritum comparatae.

Et ad Italiam quod attinet, potentissimae Virginis praesidium nunc maxime per Rosarii preces implorare necesse est, quum nobis adsit potius, quam impendeat, nec opinata calamitas. Asiana enim lues terminos, quos natura posuisse videbatur, Deo volente, praetervecta, portus Gallici sinus celeberrimos, ac finitimas exinde Italiae regiones pervasit. — Ad Mariam igitur configendum est, ad eam, quam iure meritoque salutiferam, opifera, sospitatrixem appellat Ecclesia, uti volens propitia opem acceptissimis sibi precibus imploratam afferat, impuramque luem a nobis longe depellat.

Quapropter adventante iam mense Octobri, quo mense sacra solemnia Mariae Virginis a Rosario in orbe catholico aguntur, omnia ea, quae praeterito anno praecepimus, hoc anno iterum praecipere statuimus. — Decernimus itaque et mandamus, ut a prima die Octobris ad secundam consequentis Novembbris in omnibus curialibus templis, sacrariisve publicis Deiparae dicatis, aut in aliis etiam arbitrio Ordinarii eligendis, quinque saltem Rosarii decades, adiectis Litanis, quotidie recitentur: quod si mane fiat, sacrum inter preces peragatur: si pomeridianis

horis, Sacramentum augustum ad adorandum proponatur, deinde qui intersunt rite lustrentur. Optamus autem, ut Sodalitates Sanctissimi Rosarii solemnem pompam, ubique per civiles leges id sinetur, vicatim publicae religionis causa ducant.

Ut vero christiana pietati caelestes Ecclesiae thesaui recludantur, Indulgentias singulas, quas superiore anno largiti sumus, renovamus. Omnibus videlicet qui statis diebus publicae Rosarii recitationi interfuerint, et ad mentem Nostram oraverint, et his pariter qui legitima causa impediti privatim haec egerint, septem annorum itemque septem quadragenarum apud Deum indulgentiam singulis vicibus concedimus. Eis vero qui supra dicto tempore decies saltem vel publice in templis, vel iustis de causis inter domesticos parietes eadem peregerint, et criminum confessione expiati sancta de altari libaverint, plenariam admissorum veniam de Ecclesiae thesauro impertimus. Plenissimam hanc admissorum veniam et poenarum remissionem his omnibus etiam largimur, qui vel ipso beatae Virginis a Rosario die festo, vel quolibet ex octo insequentibus, animi sordes eluerint et divina convivia sancte celebraverint, et pariter ad mentem Nostram in aliqua sacra aede Deo et sanctissimae eius Matri supplicaverint.

Iis denique consultum volentes qui ruri vivunt et agri cultione, praecipue octobri mense, distinentur, concedimus ut singula, quae supra decrevimus, cum sacris etiam indulgentiis octobri mense lucerandis, ad insequentes vel novembris vel decembris menses, prudenti Ordinariorum arbitrio differri valeant.

Non dubitamus, Venerabiles Fratres, quin curis hisce nostris uberes et copiosi fructus respondeant, praesertim si quae Nos plantamus, et vestra sollicitudo rigaverit, iis Deus gratiarum suarum largitione de caelo afferat incrementum. Pro certo quidem habemus populum christianum futurum dicto audientem Apostolicae auctoritati Nostrae eo fidei et pietatis fervore, cuius praeterito anno amplissimum dedit documentum. Caelestis autem Patrona per Rosarii preces invocata adsit propitia, efficiatque, ut sublatis opinionum dissidiis et re christiana in universis orbis terrarum partibus restituta, optatam Ecclesiae tranquillitatem a Deo impetremus. — Cuius auspicem beneficii, Vobis et Clero vestro, et populis vestrae curae concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXX. Augosti MDCCCLXXXIV,
Pontificatus Nostri Anno Septimo.

LEO PP. XIII.


Debitae pietatis et obedientiae ratio postulat, ut mandato huic Sanctissimi Domini Nostri filiali reverentia obsequamur, motivaque humili corde percipiamus.

Dispositiones, circa cultum B. Mariae Virginis Deiparae indicatum hoc anno easdem esse volo, quas anno 1883. sub Nr. 1472. pag. 77. Circ. dioec. publicavi; quibus tamen hanc addo:

Quod si uni alterive parochorum adiunctis localibus fideliū conformius visum fuerit, solemnem hunc cultum hac vice ad mensem Novembrem vel ad dies a 15-a Novembris usque 15-am Decembris transferre, id eidem integrum sit.

Datum Quinque-Ecclesiis die 14-a Septembris 1884.

FERDINANDUS m. p.
Episcopus.



QUINQUE-ECCLESIIS,
TYPIS LYCEI EPISCOPALIS (G. FESZTL.)

XII.

1820

1884

Josepho Khál parocho Vókányensi e causis sat gravibus, suum beneficium (Concursus pro vacante
resignante, isthoc beneficium Vókányense a 1-a Januarii 1885. vacans futurum est.
Qui presbyterorum dioecesanorum beneficium hoc parochiale obtinere cupiunt, suum
recursum usque finem mensis Decembris ad Meum Officium promoveant.)
beneficio pa-
rochiali V ó-
k á n y.)

1821

1884

Joannes Pasics, parochus Dályokensis die 3-a Octobris a. c. pie in (Mors Joannis
Domino mortuus est. Natus a. 1830. ordinatus a. 1854. beneficium parochiale Dályok
a. 1870. obtinuit. Animam denati huius confratris consuetis piis suffragiis commendo.)
Pasics parochi
Dályokensis.)

1822

1884

A vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől. 27.708 sz. A Lukács Ferencz (Franciscus
részére a pécsi róm. kath. tanítóképzében keltezés nélkül 15. szám alatt kiadott
tanképesítési oklevél állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánittatik s ehelyett nevezett-
nek folyó évi julius 18-án 65. szám alatt annak jogérvényes másodlata szabály-
szerűen kiszolgáltattatott. Miről van szerenesém az egyházmegyei főhatóságot a
szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1884. évi
szeptember hó 11-én. A minister meghagyásából: Gönczy Pál, miniszteri tanácsos.)

1823

1884

A vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől. 30,673. szám. A gör. kel. (Georgius Szi-
szerb patriarchának folyó évi augusztus hó 19-én 13. sz. alatt kelt bceses értesítése
szerint Szivacska György a zombori gör. kel. szerb tanítóképezdénék volt I. évi
hallgatója, erkölcselen magaviselete miatt a gör. kel. szerb nemzeti egyházi iskola-
tanács folyó évi március hó 28-án ¹⁸⁸⁴ 21. sz. alatt hozott határozatával mind a
zombori, mind a károlyvárosi gör. kel. szerb tanítóképezdéből kizáratott. Miről van
szerencsém az egyházi főhatóságot szives tudomás végett tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1884. évi szeptember hó 18-án. Trefort.

1824

1884

(Ignatius Martincsák obtinet duplicitatem testimonii.)

A vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől. 31,317. sz. Martinesák Ignácznak a nagyszombati kath. tanítóképezdében 1878. évi junius 21-én 41. sz. a. nyert képesítő oklevele állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánítattak s ehelyett nevezett részére folyó évi julius hó 1-én 84. sz. alatt annak jogérvényes másodlata szabályszerűen kiadatott. Miről van szerencsém az egyházmegyei főhatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett, tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1884. évi szeptember hó 18-án. A miniszter meghagyásából: Buzogány Áron, osztálytanácsos.

1834

1884

(Josephus Czeizel obtinet duplicitatum testimonii.)

A vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől. 36,978. szám. A Czeizel József által a znióváraljai állami tanítóképezdében 1877. évi szeptember 1-én 110. sz. a. nyert képesítési oklevele állítólag elveszvén, ezennel semmisnek nyilvánítattak s nevezett részére annak jogérvényes másodlata 1884. évi október 3-án 110. sz. a. szabályszerűen kiadatott. Miről van szerencsém az egyházmegyei főhatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1884. évi október hó 14-én. A minister meghagyásából: Buzogány Áron, osztálytanácsos.

1825

1884

(Concursus pro statione docentis in Monostor.)

A lemondás folytán üresedésbe jött baranya-monostori róm. kath. kántortanitói állomásra pályázat nyittatik s választási határidőül folyó évi november 20-ka tüzetik ki. Pályázni óhajtóktól megkivántatik a kellő képzettségen kívül a magyar és német nyelv tökéletes birása. Az állomás javadalmai jelenleg 250 pár után páronkint 1 nyolczada buza s 10 kr, 5 hold föld, mely a község által mnnkáltatik, és 1 hold rét, 12 öl kemény tüzifa, s 13 akó bor; köznapi iskolába járó minden egyes gyermek után 50 kr (van 115—120 tanköteles gyermek). 20 frt ismétlő-oktatásért, évi stóla-jövedelem 20—25 frt, az uradalomtól illeték fejében 8 mérő buza, 4 frt 20 kr. és 4 öl fa az iskola fittésre, — van szabad lakás az iskola-épületben, mely áll 2 szoba-, konyha-, kamra-, padlás-, pince-, istálló-, pajta-, szinből és tágas 1132 □öl házi kertje. A pályázni óhajtók felhívatnak, hogy kellő bizonyítványokkal s oklevéllel felszerelt kérvényeket a fent írt időn belül nt. Uray Atala ker. esperes urhoz, Bar.-Baánba küldjék be.

(Concursus pro statione docentis secundarii in Dráva-szent-Marton.)

1826

1884

A dráva-szent-mártoni róm. kath. népiskolánál egy magyar-horvát nyelvű segédtanító szükségeltetik; kötelessége egy külön tanosztályt vezetni; a tannyelv

horvát és magyar; szükség esetén a kántort helyettesíti. Fizetése évenkint 250 frt. o. é., szabad lakás az új iskola-épületben, mely egy szobából áll és fűtéshez meg-kivántató fa. Ezen állomásra a pályázat határideje folyó évi november 20-ig tüzetik ki.

1827

1884

A hosszú hetényi róm. kath. népiiskola I-ső osztályára pályázat nyittatik: (Concursus pro statione docentis in Hosszu-Heteny.) Ezen állomással következő jövedelem van összekapcsolva: 250 frt készpénz, mely a község pénztárból fizettetik. Ezenkívül ha a pályázó a kántori teendőkben jártas és így a rendes kántortanítónak segítségére lehet — ettől kap 50 forintot tartás helyett, egyéb ellátást is, mely alatt a többi közt mosás szintén értendő. A pályázók képesítési és egyéb okmányait Hosszú-Heténybe az iskolai igazgatósághoz küldjék. Pályázati határnak folyó évi november 20-a.

1828

1884

A lipovai plébániába bekebelezett Sárok fiókközsgben a kántortanítói állomás üresedésbe jövén, ennek betöltésére pályázat nyittatik. Jövedelme: a községtől két szobából álló lakáson, istállón és kis házi kerten kívül minden házaspár után 2 nyolczada kétszeres buza, 1 nyolczada zsurmolt kukoricza és 50 kr (van jelenleg 32 pár). Azonfelül a födmunkáltatás fejében minden pártól 40 kr. minden hétköznapi iskolás után (Jelenleg 27) 25 kr. Vasárnapi oktatásért 15 frt. Továbbá 5 öl keményfa, a község által vágva és hordva. Stola-illeték körülbelül 2–3 frt. Van azonkívül 6 hold jó minőségű szántóföld, mely a tanító által műveltetik. A szükséges malomfuvarok. II. a főhercegi uradalomtól: 8 mérő kétszeres buza és 4 frt 20 kr. készpénz. Az oktatási nyelv német-magyar. A pályázni szandékozók kellően felszerelt folyamodványait folyó évi november hó 20-ig a kerületi tanfelügyelőséghez küldjék Német-Márokra (posta helyben.) (Concursus pro statione docentis in Sárok.)

1830

1884

A várdombi plébániába kebelezett Decs fiókközsgben ujonnan szervezett tanító-állomásra f. évi november 22-ig pályázat hirdettetik. Jövedelme a következő: 1-ör minden kath. házaspártól évi egy o. é. frt. Özvegyek vagy vegyes házasságban élő fél pár a fentebbi összeg felét fizeti, vagyis 50 krt o. é. 2-ör minden iskola-köteles gyermek után — 6 éves egész 15 éves korig — fizetnek a szüllők fejenkint és évenkint őszi beiratáskor 40 krt o. é. 3-ör a kath. háztulajdonosok 2 öl puha fát szállítanak a kántortanító udvarába az iskolaterem fűtése végett. A házzal nem birók kötelesek ezen két öl fát megvágni és összeaprítani. 4-er a pécsi egyházmegyei alapítványi főpénztárban gyümölcsöz 4800 frt o. é. tőkének kamatja, mely utólagos

félévi részletekben adatik ki a plébános által láttamozott nyugtatványra, 5-ör tizenö hold föld haszonélvezete. 6-or stóla-illeték körülbelül 20 frt o. é. A tannyelv magyar. Pályázni óhajtók kellően felszerelt folyamodványukat a ker. tanfeliügyelőséghez Tolnára küldjék.

(Personalia.)

Joannes Csepeley parochus in Šljivoševce nominatus et in parochum Valpóensem. — Eduardus Maršó parochus Mariancensis translatus est ad parochiam Šljivoševensem. — Josephus Poór par. Veliškovcensis nominatus est par. Mariancensis. — Georgius Moranche coop. Doljni-Miholjáensis constitutus est par. Veliškovcensis. — Petrus Matarics parochus Lucsensis nominatus est parochus Dályokensis. — Josephus Anderle Vicarius in Felső-Mindszent missus est in qualitate cooperatoris ad Tolna. — Balthasarus Rathmann cooper. Harkanovcensis missus est ad Bodony. — Victor Molnár e Vásáros-Dombó ad Závod. — Josephus Bereczk e Bükösd ad Duna-Szekeső. — Adalbertus Bubregh e Mária-Kéménd ad Abaliget. — Stephanus Horváth ex Apar ad Fadd. — Eleutherius Nyárády e Himesház ad Vásáros-Dombó. — Desiderius Radó e Szajk ad Mária-Kéménd. — Paulus Markovics e D.-Szekeső ad Ráczpetre. — Ladislaus Charvát neomysta qua cooperator missus est ad Harkanovce. — Josephus Schmeller neomysta ad Apar. — Josephus Késmárky neomysta ad Regöl. — Antonius Hirling neomysta ad Himesház. — Antonius Potlaesník neomysta ad Darázs. — Josephus Pál neomysta ad Szajk. — Stephanus Mozolányi neomysta ad Gyulajováncza. — Joannes Nagy neomysta ad Bükösd.

Datum Quinque-Ecclesiis die 6-ta Novembris 1884.

FERDINANDUS m. p.

Episcopus.

QUINQUE-ECCLESIIS,

TYPIS LYCEI EPISCOPALIS (C. FESZTL.)

XIII.

2105

1884.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia Papae XIII. Litterae Apostolicae De Sede Archi- Episcopali Carthaginiensi Restituenda.

Leo Episcopus Servus Servorum Dei Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Materna Ecclesiae caritas, quamquam est in omne hominum genus aequabi-
liter diffusa et de gentibus singulis mirabiliter sollicita, solet tamen praecipuo quo-
dam misericordiae sensu ad illas respicere, quas ab Evangelii complexu aut vis aut
error abstraxerit. Nihil enim tam grave est, quam renascente superstitionis caligine
obcaecari eos, quibus praeclarissimo Dei munere et dono lumen aliquando veritatis
affulserat: nihilque tam miserum, quam semel in salutem vindicatos, in interitum
relabi. — Atqui arcano Dei consilio istius modi calamitas sicut alias terras non
paucas, ita Africam Romanam perculit, cum sapientiam christianam mature Afris
cognitam et receptam maximarum tempestatum fluctus violenter extinxerint. In quo
praeter modum luctuosa fortuna Carthaginis; hanc quippe christianis non minus
quam bellicis civilibusque praestantem laudibus calamitosae vicissitudines suis ipsam
ruinis oppressam funditus deleverunt. Harum cogitatio rerum facit ut Nos, officii
Nostri apostolici memores, ad maritimam Africam oras, quae prope sunt in conspectu
positae, non sine paterna pietate hoc tempore intueamur. Quoniamque videmus
catholicum nomen statim iam in illo tractu reviviscere, volumus ut bona illa seges,
quae uberes pollicetur fructus, cultura et curatione Nostra altiores quotidie radices
agat, beneque Deo adiuvante adolescat. Quamobrem cum ad rei sacrae stabilitatem
atque ordinem omnino plurimum referat, singulis christianorum societatibus suos
sibique proprios praeesse Episcopos, arbitrati sumus, spectato Ecclesiae Africanae
statu, Sedem Archiepiscopalem Carthaginiensem restitui, sublata administratione
Apostolica, oportere.

Qua in re libet quidem aliquid cogitatione repetere de pristino eius Ecclesiae
splendore, atque a praeteritarum rerum memoria auspiciu capere futurarum. Sane
Ecclesiam Africanam e Romana prognatam esse constat, cum ab ultima antiquitate
traditum sit, si minus beatum Petrum, certe proximos eius successores Evangelium
Afris attulisse. Apud quos christianum nomen apparet celeriter adulsum: altero enim
nondum exacto saeculo, descriptis finibus impositisque rite Episcopis, plurimae per
Africam Ecclesiae constitutae sunt. Easque disciplina floruisse vel ex eo coniuci

(Litterae
Apostolicae
quibus Sedes
Archi-Episco-
palis Cartha-
ginensis resti-
tuitur.

licet, quod ante exitum saeculi secundi Ecclesia catholica Pontificem ex Africa accepit, scilicet sanctum Victorem, qui, christiana republica naviter gesta, decennio post martyr occubuit. — Brevi autem intervallo non mediocris extitit copia sapientium hominum atque magnorum: Cyprianum intelligimus, Tertullianum, Aurelium, Evodium, Possidum, et qui non Africam modo sed universam christianam rempublicam unus maxime illustravit, Augustinum.

Ab ipsis vero Ecclesiae Africanae primordiis praestitisse Carthaginem nemo dubitat. Huius enim civitatis Episcopis ius est mature quaesitum ut ceteros potestate anteirent, ipsaque Carthaginiensis Ecclesia, ut est apud Augustinum*) caput Africæ appellaretur. Revera tanta erat Carthaginiensium Pontificum per Africam auctoritas, ut de caussis Ecclesiarum cognoscere consueverint: item responsa Episcopis dare, legatos ad Principem mittere, concilia omnium provinciarum indicere. Qua de re perhonorificum et gravissimum est sancti Leonis IX.decessoris Nostri testimonium, qui de iure Archiepiscopatus Carthaginiensis sententiam rogatus, ad Thomam Episcopum sic rescripsit: *sine dubio post Romanum Pontificem primus Archiepiscopus et totius Africæ maximus metropolitanus est Carthaginiensis Episcopus: nec pro aliquo episcopo in tota Africa perdere potest privilegium semel susceptum a sancta romana et apostolica Sede; sed obtinebit illud usque in finem saeculi et donec invocabitur in ea nomen Domini Nostri Iesu Christi, sive deserta iaceat Carthago, sive resurgat gloriosa aliquando. Hoc ex concilio b. martyris Cypriani: hoc ex Synodis Aurelii: hoc ex omnibus Africanis conciliis; hoc, quod maius est, ex venerabilium Praedecessorum Nostrorum romanorum Praesulum decretis aperte monstratur.*

Verum non dignitate solum, sed etiam christianarum virtutum ac nominatim fortitudinis exemplis visa est Carthago antecellere. Etenim, si urbs Roma excipiat, vix alia reperietur civitas quae tot martyres ac tam praeclaros Ecclesiae caeloque genuerit. Praedicatione et cultu serae posteritatis florent prae ceteris Perpetua et Felicitas, par feminarum nobilissimum, quarum tanto mirabilior victoria, quanto diutius cum quaesitissimis cruciatibus infirmitas sexus dimicavit. Nec minus inclyta magni Cypriani palma. Nam sanctitate et rebus gestis Carthaginem, stilo et litteris christianum nomen cum multos annos nobilitasset, ad extremum in media Ecclesia sua, spectantibus iis quos ipse ad martyrium instituerat, praeclarissima confessione defunctus vitam cum sanguine pro Christo libens profudit.

Atque illud quoque memoriam Carthaginiensis Ecclesiae non parum commendat, Africanos episcopos ad eam vocatu Archiepiscopi convenire solitos, de communibus religionis negotiis una deliberaturos. Ac plura quidem diversis temporibus condidere sapienter decreta, ex quibus non pauca supersunt, et quorum vel ad comprimendas haereses, vel ad morum disciplinam in Clero populoque sancte retinendam, plurimum valuit auctoritas. Fama memor celebrat in primis Concilium Carthaginiense tertium ab Aurelio episcopo viro fortissimo habitum, quo sanctitatis

*) Epist. XXXXIII, num. 17.

ingeniique sui lumen Augustinus attulit. — Huiusmodi vero tam salutares fructus, Episcopis Carthaginiensibus nitendo laborando perceptos, coniunctioni potissimum cum hac Apostolica Sede acceptos referri oportet. Cum enim esse inteligerent divino iure constitutum ut Ecclesia Romana cunctarum Ecclesiarum princeps sit et magistra, et tamquam ex radice ad ramos, sic ex ea ad Ecclesias singulas omne principium vitae et viriditatis manare, nihil antiquius habere consueverunt, quam ut permanerent cum successoribus beati Petri perpetuo atque intimo nexu devincti. Quod quidem varia litterarum monumenta, acta Conciliorum, legationes de gravioribus negotiis ad Pontificem romanum non raro missae, nominatimque Optati et Cypriani epistolae grave auctoritatis pondere testantur. Atque illud est memoratu dignum, quod eiusmodi in apostolicam Sedem obsequium non diuturnitate temporis est, neque formidolosis illis rerum conversionibus debilitatum. Ex quo geminum Africa beneficium tulit, alterum ut in maximis suis calamitatibus per fugium quoddam et solatium in Apostolica Sede semper invenerit: alterum, ut romanorum Pontificum magisterio praesidioque freta perniciosissimas haereses partim repulerit, partim extinxerit.

Sed spatium temporis haud valde longinquum gloriose emensa, consenescere Ecclesia Africana coepit et ad occasum deflectere, ita tamen ut multo fuisset victura diutius, nisi vitam illata vis peremisset. Non enim senio ipsa suo confecta interiit, sed barbarorum armis oppressa succubuit. Revera exploratum est quantum Afris malorum attulerint Vandali: quorum effrenati exercitus ubicumque vestigium posuissent, ad direptiones urbium caudemque civium Arianae venena pestis adiungebantur: ac tantus erat ubique terror, ut catholici *nullatenus respirarent. neque usquam orandi aut immolandi concederetur gementibus locus*^{*)}). Saeculo autem septimo Saraceni, hostes christiani nominis, cum easdem provincias, more procellae, inundavissent, acerbissimae servitutis iugo indigenis imposito, Carthaginem ipsam tot iam fessam aerumnis, igne ferroque exciderunt, planeque perniciem et vastitatem Ecclesiae intulerunt. Quibus temporibus, saeviente passim adversus fidem catholicam furore hostium, rursus martyrum seges, et magnus Confessorum numerus, et fortium Episcoporum et sacerdotum egregii manipuli extitere, ut prorsus sicut cum laude Africana Ecclesia adoleverat, ita cum dignitate occubuisse videatur. — Tantis autem in tenebris, quae consecutae sunt, Carthaginienses Episcopi duo apparent, vix plus quam nomine cogniti: Thomas, de quo supra est facta mentio, et Cyriacus. Nam qui saeculo decimo quinto posteaque occurrunt, plerique omnes ornamentarii fuerunt.

Quinto a Saracenorum dominatione saeculo, cum germanae Ecclesiae vix pauca ac prope evanescentia vestigia in Africa superessent, inventus est in Italia, qui salutem Africani generis ingenti animo complexus, de religione catholica illic restituenda cogitaret. Is fuit, quod nemo ignorat, Franciscus Assisiensis: qui Tunetum, ad oppidum Proconsularis Africae princeps Carthaginique proximum, Aegidium e Electum alumnos suos submisit, iussitque in iis hominibus ad instituta catholica

^{*)} Victor Vitensis, *Pers. Vand.* lib. 1, c. 7.

revocandis, quantum possent, elaborare. Anceps et salebrosum inceptum, si quod taliud: in quo multum uterque desudavit caritate et fortitudine summa: alter vero sanctissimi propositi laudem nobili martyrio cumulavit. — Mox Gregorius IX. decessor Noster alios ex illo ipso instituto viros eodem in culturam animorum legavit: illorum tamen laboribus barbarica vexatione interceptis, necessario factum est, ut terra Africa apostolicos viros ad saeculum usque decimum septimum nullos habuerit. Tunc demum, auctoritate sacri Consilii christiano nomini propagando, Praefectura apostolica instituta est, quae Algerensem, Tripolitanam, ac Tunetanam provincias una complecteretur: eamque sodales Franciscales Capulati gerere iussi. — Deinde Praefectum Apostolicum seorsim creari placuit, cuius potestati quidquid est agri Tunetani subesset: iidemque religiosi sodales ad id munus electi. Qui laboriosum opus, animose suscepimus, animo aequo excuso expleverunt, ut omnino dederint, quid caritas possit, passim documenta maxima. Nam in tam agresti Saracenorum immanitate cinredibiles molestias pertulerunt: plurimique numerantur, qui caeli inclemens absumpti, qui ferro barbarorum sublati, qui vigiliis perpetuisque fracti laboribus martyrii honores delibarint. Sed eorum constantia religionis incremento mire profuit: nec exiguae illae utilitates putandae, quas recentiore memoria Afris pepererunt, nimirum paroeciae aliquot conditae, scholae in eruditionem puerorum apertae, et quaedam in solatium calamitosorum pie instituta.

Ineunte hoc saeculo, cum militares Gallorum copiae in Africam adnavigassent, inque maritimis oris victrices consedissent, constituta ibidem provincia est, cuius imperium apud eos esse coepit. Haud multo serius, dato Algeriensibus Episcopo, amplissimae illae regiones, quae a Saracenis diuturno dominatu tenebantur, veteris dignitatis aliquid recepisse visae sunt. — Deinde Dioecesis Constantinae et Orani institutis, pluribus locis, in quibus olim Ecclesia sospes et florens insederat, sanctissimi ritus catholici longo intervallo sunt restituti. Ipsa Tunetana regio, cum christianorum crevisset numerus, mutata in Vicariatum apostolicum Praefectura, Episcopum a Romana Sede accepit. Atque ex eo tempore provisa sunt multa ad christianam morum disciplinam salubria: amplificatae paroeciae: auctae scholae sodalitates pietatis caussa plures coalitae.

Haec satis prospera initia spem plurimis fecerant fore ut, deductis coloniis in eum tractum in quo sita Carthago fuit, revocari aliquando ab interitu posset Africanarum princeps urbium, et secundum instituta maiorum novum a Pontifice Romano Episcopum accipere. Cui quidem spei partim respondisse exitum laetamus: cetera responsurum, Deo adiutore, non diffidimus. Nam Vicarius Tunetani administrationem adeptus Archiepiscopus Algeriensis S. R. E. Cardinalis Carolus Martialis Lavigerie, ad propagationem fidei stabilemque rei sacrae constitutionem vir sapiens atque impiger animum appulit. Multas res perfecit utiliter spatio perbrevi: nec pauca suscepit ad excitandam e cineribus suis Carthaginem opportuna. Et sane in regione *Mègara* proxime a situ, quem Cyprianus cruore suo dedicavit, nec longe

admodum a loco sepulturae eius, in ipsis ruinis Carthaginiensibus aedes episcopales cum aedicula extruxit: ibique accolae et finitimi, praesertim egentes et calamitosi, miseriарum solatium quotidie reperiunt. Presbyteros in ipsa domo episcopali, itemque Tuneti, aliisque Vicariatus frequentioribus locis ad officia sacerdotalis munera obeunda constituit; quibus ipsis officiis sodales Franciscales Capulati dare operam strenue perseverant. In regione, quae *Byrsa* audit, Seminarium Carthaginiense condidit: cuius alumni in novae Dioecesis spem succrescentes ad theologiam, ad philosophiam, ad humaniores litteras idoneorum doctorum curis magisterioque erudiuntur. Ad Paroecias pristinas novas adiunxit non paucas: unamque ex iis in sacello constituit, quod a sancto Ludovico nuncupatur, eo ipso in loco unde rex pientissimus ab hac brevitate vitae ad sempiterna in caelis bona evocabatur. Praeterea hospitalem domum senectute et egestate coniuncto incommodo laborantibus; valetudinarium aegrae plebi curandae: aedificia adolescentibus utriusque sexus educandis aperuit. Quibus illecti commodis et beneficiis satis multi iam incolere ea loca coeperunt in spem auspiciumque revicturae civitatis. Denique perfecit, ut ad tuitionem Archiepiscopi rerumque cooptarum absolutionem necessarii sumptus perpetuo suppeterent.

Igitur cum haec, quae commemorata sunt, diligent consideratione momentoque singula suo ponderaverimus, perrogata etiam sententia sacri Consilii christiano nomini propagando; quod universae christianaе reipublicae faustum sit, maximeque Afrorum saluti ac dignitati bene vertat, Sedem Archiepiscopalem Carthaginiensem harum litterarum auctoritate restituimus. Proptereaque eos fines agri Tunetani, in quibus olim Carthago erat, quique hoc tempore quinque pagos complectuntur nempe *La Marsa*, *Sidi Bou Saïd*, *Douar es Chott*, *La Malga*, *Sidi Daoue* cum suis templis, oratoriis, piis etiam institutis, cumque universis utriusque sexus catholicis incolis, exire de potestate Vicarii Apostolici Tunetani, et Archiepiscopo Carthaginiensi in posterum subesse et parere iubemus.

E templis, quae sunt intra fines civitatis, Metropolitanum esto, quod is qui haec decreta Nostra perfecturus est, maluerit, titulo tamen non mutato.

Archiepiscopus Carthaginiensis Vicarium sibi generalem unum pluresve, si res postulaverit, adsciscat: insuper consiliarios adiutoresque ad expedienda Archidioeceseos negotia ex ordine Cleri legat. — Idem controversias de matrimonii, caussasque ceteras, de quibus Archiepiscopum cognoscere ius est, cognoscat et dirimat. Cetera omnia, quae ad pastoralis officii munus pertinent, libere gerat. — Synodos Dioecesanas constitutis lege temporibus habendas curet. Collegium Canonicorum Metropolitanorum, secundum praescripta legum ecclesiasticarum, ubi primum fieri poterit, instituat. Unus ex Canonicis primus esto in Collegio. Archidiaconi dignitate auctus; duoque canonice elegantur, quorum alter Theologi, alter Poenitentiarii officium gerat. Seminarium Carthaginiense educendis sacrorum alumnis perpetuo addictum sit. — Per interregnū administratio Archidioeceseos geratur secundum praescripta Litterarum Apostolicarum Benedicti XIV. *Ex sublimi et Quam ex sublimi.*

De Ecclesiis Suffraganeis, de finibus describendis, itemque reliquis de rebus, quae ad perfectam Archidioeceseos constitutionem pertineant, integrum Nobis esse volumus id quod expedire videbitur opportune decernere. — Demum Venerabili Fratri Nostro Carolo Martiali S. R. E. Cardinali Lavigerie Archiepiscopo Algeriensi, Administratori Tunetano, mandamus ut ea omnia, quae his continentur Litteris Nostris, exequatur: idque vel per se, vel per interpositam personam in ecclesiastica dignitate constitutam.

Volumus autem omnia et singula, quae per has Litteras decrevimus, firma, stabilia, rata, uti sunt, ita in omne tempus permanere: neque iis quidquam officere ullo modo posse, ne Nostras quidem et Cancellariae Nostrae regulas, quibus omnibus, horum decretorum gratia, derogamus. Nulli ergo hominum liceat has Litteras Nostras infringere, vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae Millesimo octingentesimo octogesimo quarto, Quarto Idus Novembbris, Pontificatus Nostri anno septimo.

C. Card. Sacconi Pro-Datarius — F. Card. Chisivs

VISA

De Cvria J. De Aqvila e Vicecomitibvs

Loco + Plumbi

Reg. in Secret. Brevium

J. CVGNONIUS.

2106

1884.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis Divina Providentia Papae XIII. Litterae Apostolicae Quibus Confirmatur Judicium a Cardinali Archiepiscopo Compostellano Latum Super Identitatem Corporis S. Jacobi M. Apostoli Itemque SS. Athanasii et Theodori Discipulorum ejus

Leo Episcopus Servus Servorum Dei ad Perpetuam Rei Memoriam.

(Litterae
Apostolicae
quibus confir-
matur judi-
cium de iden-
titate corporis
S. Jacobi M.
Apostoli.)

Deus Omnipotens, qui mirabilis est in Sanctis suis, providentissime voluit, ut, quum eorum animae caelo receptae gaudio perfundantur sempiterno, corpora condita terris singulari observantia colantur ab hominibus et religionis splendore honestentur. — In his vero Dei providentia et misericordia luculenter appetit, qui cum multa sinat per ea divinitus accidere, simul et utilitati consultit nostrae, et gloriae quam sancti sui consequuntur in terris. Haec enim caelitum beatissimorum pignora, quae nobiscum manent, quoties invisimus, toties admirabilem praeclarissimorum virtutum seriem, quibus illi in mortali vitae cursu in exemplum ceteris prae-

luxere, memoria repetimus, et ad eas imitandas vehementer adducimur. Sunt autem teste Joanne Damasceno, sanctorum corpora perennes in Ecclesia fontes, ex quibus tamquam rivuli salutares effunduntur in populos christianos dona caelestia, beneficia. et ea omnia quibus maxime indigemus. — Quapropter non mirum est si providentis Dei consilio nonnulla sanctorum corpora, quae antea in oblivione posteritatis velut in tenebris delitescebant, his potissimum temporibus in lucem prodeant, quibus et Ecclesia maximis agitatur fluctibus, et egent christiani acriori ad virtutem incitamento. Hoc nostro vertente saeculo cum a potestate tenebrarum tetterimum indictum tuerit bellum adversus Dominum et adversus Christum eius, auspicato quidem et divinitus inventi sunt sacri cineres sancti Francisci Assisiensis, sanctae Clarae Virginis Legiferae, sanctorum Ambrosii Pontificis Doctoris, Gervasii et Protasii martyrum Philippi et Jacobi Apostolorum. — Horum in numerum adsciscendi sunt sanctus *Jacobus Major* Apostolus et discipuli eius Athanasius et Theodorus, quorum corpora nuper in templo principe civitatis Compostellanae reperta sunt.

Ex constanti et pervulgato apud omnes sermone, iam inde ab Apostolorum aetate, memoriae proditum est, publicisque Decessorum Nostrorum litteris confirmatum, sancti Jacobi corpus, postquam ille ab Rege Herode capitis damnatus martyrium fecerat, a duobus discipulis eius, Athanasio et Theodoro clam fuisse subductum. Hi cum valde metuerent reliquias sancti Apostoli nullas futuras, si Judaei corpore potirentur, eo in navim imposito solverunt ex Iudea, deinde sospite transmissione attigere Hispaniam, eamque circumvecti ad extremas Gallaeciae oras appulerunt, ubi, uti pia et antiqua traditio habet, post Christi in caelum ascensum sanctus Jacobus divino consilio apostolico munere functus erat. Ibi quum Hispaniensem civitatem quae Iria Flavia nominabatur, accessissent, in praediolo quodam manere decreverunt, mortalesque Apostoli exuvias, quas secum avexerant, in crypta saxo defossa intra loculum romano opere constructum condiderunt, parvumque super erexerunt sacellum. Sed exacto vitae cursu cum Athanasius et Theodorus naturae concessissent, christiani, qui eo loca incolebant, tum propter eximiam de duabus viris opinionem, tum ne hi a corpore quod in vita sancte asservaverant post mortem seiungerentur, ambos in eodem sepulcro composuerunt unumquemque ad Apostoli latus. — Vexatis paullo post caesisque christianis, ubique terrarum Romani Imperatores dominabantur, sacrum hypogaeum delituit aliquandiu. Verum ubi tranquillitate parta, apud Hispanos homines, qui praecipua sancti Jacobi religione tenebantur, de translato eius corpore fama percrebuit, ad sepulturae locum concursus fieri coepit, haud minori fortasse pietatis studio quam quo Romae et alibi sepulcra Principum Apostolorum, et Hieromartyrum coemeteria visebantur. Labentibus vero annis cum barbari primum, deinde Arabes imperio ductuque Muzae invasissent in Hispaniam, et eas praesertim regiones, quae mare adiacent crebris incursionibus divexarent, sacer sepulcri loculus, exciso et everso sacello, sub ruinarum mole in

obscuritate latuit diurna. — Non tamen vetustate oblitterata est apud Hispanos sacri pignoris memoria. Ineunte enim saeculo IX. cum Rex Alfonsus, qui dictus est Castus, Hispaniam obtineret, et Iriae Flaviae Ecclesiae datus esset Episcopus Theodomirus, super cryptam, quae sancti Jacobi et duorum discipulorum reliquias contegebat, constans fama est veluti refixam caelo stellam splendidissimam apparuisse, quae suo fulgore indicium faceret loci, ubi sacri cineres conditi fuerant. Episcopus Theodomirus tanto felix auspicio auctori Deo supplicationes indixit, deinde subnotis reiectisque veteris sacelli ruderibus, eo investigando pervenit, ubi tamquam in cognato sepulcro, tria sanctorum corpora distinctis loculis iacebant. Tunc ut locus ille religione sanctus humanis esset praesidiis munitior, murum in circuitu eduxit, sacramque thesaurum firmis subtractionibus circumsepsit. Quae res ut ad aures Regis Alfonsi pervenerunt ad sanctum Apostoli sepulcrum venerabundus statim accessit, vetus sacellum in novam formam a solo reficiendum curavit, iussitque fundi illius possessionem, terminis ad tria millia prolati, in templi tuitionem perpetuo attribui. Urbs interea cryptae propinqua, quae hactenus Iria Flavia vocabatur, ex visu elucentis stellae potioribus auspiciis Compostellae sibi nomen imposuit. — Sed ad illustrandum Apostoli sepulcrum, praeter illud caeleste signum, non pauca divinitus facta sunt, ita ut non modo ex finitimis civitatibus et oppidis, sed a longinquis etiam locis ad sacros cineres supplicatum populi venirent. Quare Rex Alfonsus III. Decessoris sui exemplum imitatus exaedificationem amplioris templi aggressus est, ita tamen ut antiquus loculus intactus maneret, et illud properata molitione absolutum regio sumptu exornavit.

Exeunte saeculi X. efferatae Arabum copiae, rursus in Hispaniam irruptione facta, oppida complura diripuerunt, ac magna civium edita strage, omnia ferro et incendiis vastarunt. Nefandissimus Emirus Almansor, quem sepulcri sancti Jacobi cultus non latuerat, ad direptionem et eversionem animum iam intenderat; quod si perficere potuisset, maximum Hispanorum praesidium, et in quo erat eorum spes omnis, sese expugnaturum arbitrabatur. Quapropter iis, quos praedonibus suis praefercerat, imperat Compostellam recta proficiscantur, urbem adoriantur, templum et sacra omnia dedant igni delenda. At Deus exortum iam et dislapsum incendium ad presbyterii limen restinxit, et Almansorem eiusque copias foedis torminibus percussit, quibus divexati Compostella discesserunt, et fere omnes cum Almansore subita morte perierunt. — Extabant adhuc sparsi circa hypogaeum cineres hostilis ferocitatis reliquiae, divini praesidii documentum. Quibus e malis ubi se emersit Hispania, Compostellae Episcopus Didacus Pelaez, in ipsis ruderibus veteris templi ampliorem aedem ab inchoato excitavit, quae a posteriori Episcopo Didaco Gelmirez, splendidiore cultu et maiestate aucta Basilicae nomine et iure donata est. Hujus Episcopi praecipua cura fuit sacras reliquias sibi traditas recognoscere, et educto in sublime pariete, loculum inaccessum reddere. Quae inter agenda ex sacris ossibus particulam quamdam dissociare non dubitavit, eamque sancto Attoni Pisto-

riensi Episcopo adiectis litteris dono misit. Partem hanc ex hodierna peritorum inspectione compertum est demptam fuisse ex capite: ea enim est, quae apophysis mastoidea vocatur, sanguine adhuc respersa, utpote quae gladii ictu, quum caput cervicibus abscinderetur, percussa est. Hae reliquiae prodigiorum fama et avita civium religione sanctae singulari pietatis studio coluntur adhuc ab Ecclesia Pistoriensi. — Interea Hispaniensis Sanctuarii fama longe lateque pervulgata, innumerabiles peregrinorum cohortes ex universis fere terrarum partibus illuc confluabant, et adeo crevit frequentia, ut ingentibus peregrinantibus catervis ad sancta Palestinae loca et ad limina Apostolorum Petri et Pauli, merito compararentur. Ac proinde Romani Pontifices Decessores Nostri dispensationem voti de peragenda Compostellana peregrinatione suscepti, Apostolicae Sedi reservarunt.

Saeculo XVI. nondum exacto, cohorta est foeda et atrox tempestas, qua per Hispaniam fere totam saeviente, sacrum Apostoli sepulcrum in periculo fuit non tam communi, quam proprio. Indicto enim bello Hispanos inter et Britannos hi, qui a catholica fide ad haeresim desciverant, praedari et diruere catholicorum templo, et sacra omnia violare et delere sibi constituerant. Quapropter in Gallaecia, regione mari citima, exposito exercitu, sacras aedes everterunt, caelitum beatorum imagines, reliquias et quae omnia sanctiora habentur, haeretico furore combusserunt, deinde ad perniciosa, ut aiebant, superstitionem extinguidam, Compostellam versus castra moverunt. — Praeerat id temporis Compostellanae Ecclesiae piissimus Archiepiscopus Joannes a sancto Clemente, qui collatis cum Canonicis consiliis de sacris Sanctorum reliquiis tuto in loco recondendis, hanc praecipuam de sancti Jacobi exuviis curam sibi suscepit. Sed cum iam hostes instant, tumultuario opere ab eo clanculum tria corpora condita sunt: cavit tamen ut novus loculus ex veteris illius, romano more constructi ruderibus constitueretur, ut aliquod superesset posteris earum identitatis testimonium. Postquam recessum ab armis et belli pericula propulsata sunt, cives Compostellani, et peregrini qui ea loca frequentes adiverant pro certo habebant, sacros cineres eodem esse adhuc in loco ubi primitus composita requieverant. Posteri autem in ea opinione fuerunt qua maiores, ita tamen ut temporibus nostris censerent christifideles in abside sancti sacelli majoris eadem sacra pignora servari, quapropter illuc ad adorandum proprius accederent, et Basilicae Clerus quotidianaे supplicationi ibi cum antiphonae cantu finem poneret.

Cum vero venerabilis Frater Noster S. R. E. Cardinalis Paya y Rico hodiernus Archiepiscopus Compostellanus aliquot abhinc annis restituenda Basilicae operam aggressus esset, consilium cepit, quod iamdiu agitabat animo, investigandi locum ubi sancti Jacobi, et discipulorum eius Athanasii et Theodori reliquiae sitae essent. Quare ad opus tanti momenti viros peritissimos de legit in ecclesiastica dignitate constitutos, qui operarios dirigerent. Sed praeter opinionem omnium res ceciderunt. Explorato enim toto hypogeo et latebris quotquot exstant adhuc circum altare maximum nihil repertum est. Demum quo major cleri et populi ad orandum

ferebatur devotio, in centro scilicet absidis post altere majus, et ante aliud altare interus effossum est pavimentum, et cum opus ad duo cubita processisset, occurrit operariis arca, cujus in operculo crux insculpta videbatur. Arca erat lapidibus et lateribus confecta ex antiquiori crypta ac sepulcro excerptis. Remoto coram testibus operculo, ossa reperta sunt ad tria sceleta sexus virilis pertinentia. De iis omnibus Venerabilis Frater Cardinalis Archiepiscopus Compostellanus, secundum sacri Concilii Tridentini sanctiones, auditis doctorum piorumque virorum consiliis, et lectissimorum peritorum sententiis, processuales condidit tabulas, inquisitumque est constaret ne in repertis reliquiis de identitate corporum sancti Jacobi Majoris Apostoli et duorum discipulorum eius Athanasii et Theodori? Haec omnia ad ecclesiasticae disciplinae pracepta perpendens, exhibitoque intelligenti judicio, annuit et approbavit. Deinde idem Venerabilis Frater Archiepiscopus Compostellanus acta omnia et sententiam suam ad Nos misit, petitiue supplex, ut sententia eadem supremo Nostrae Apostolicae auctoritatis judicio confirmaretur.

Nos admotas Nobis preces benigne excipientes, cum probe noverimus venerabile sancti Jacobi Majoris sepulcrum inter celeberrima sanctuaria jure posse censeri, quae in toto orbe terrarum a christianis coluntur, sacrisque celebrantur peregrinationibus ad suscepta vota persolvenda; idemque a Decessoribus nostris Paschali II. Callisto II. Eugenio III. Anastasio IV. et Alexandro III. datis constitutionibus fuisse privilegiis et honoribus ornatum et auctum, voluimus ut ad tantum negotium ea conferretur diligentia, quam semper Apostolica Sedes adhibere consuevit. Quamobrem ex Sacro Consilio sacris tuendis Ritibus praeposito, aliquot S. R. E. Cardinales destinavimus, nimirum Dominicum Bartolini Praefectum, Raphaelem Monaco Lavaletta, Miecielaum Ledochowski, Aloysium Serafini, Lucidum Mariam Parochi, Angelum Bianchi et Thomam Zigliara; nec non eiusdem S. Congregationis praesules Officiales dilectos Filios Magistros Vincentium Nussi Protonotarium Apostolicum, Laurentium Salvati ab actis, Augustinum Caprara Quaesitorem de honoribus caelestium, una cum Aloisio Lauri Assessore; quibus idem negotium examinandum commisimus. Conventu habito ad Vaticanas Nostras Aedes die 20. Maii vertentis anni, omnibus ad trutinam severa disquisitione vocatis, responsum datum est „*dilata, et ad mentem.*“ Mens vero fuit ut nonnullae animadversiones gravioris momenti accuratius dijudicarentur. — Quae res ut expedite ad exitum perveniret, jussimus dilectum Filium Magistrum Augustinum Caprara Sanctae Fidei Promotorem Compostellam proficiisci, ut ibi singula quaeque inspiceret, inquireret, referret. Ille testibus, quos prius jusjurandum adegerat, auditis; compositis nonnullis contradictionibus, quae in eorum relatione subesse videbantur; examinatis archеologiae, historiae et anathomiae peritis Matriti et Compostellae, qui de re sententiam ferrent; inspectis vetustioris loculi ruderibus et cum his, quibus arca reliquias constituitur, comparatis, nec non inspecto loco sub abside ubi hae inventae sunt: demum quum rursus percontatus esset peritos physicos de singulis sacrorum ossium

partibus, Romam reversus accurata relatione demandato sibi munere perfunctus est. — Quare iisdem collectis comitiis ad Vaticanum die 19. Julii hujus anni dubitationum discussa caligine et veritatis lumine clarus exorto ad propositum dubium „An sententia lata a Cardinali Archiepiscopo Compostellano de identitate reliquiarum, quae in centro absidis sacelli maximi Metropolitanae ejusdem Basilicae repertae sunt et sancto Jacobo Majori Apostolo, ejusque discipulis Athanasio et Theodoro tribuuntur, sit confirmanda in casu, et ad effectum de quo agitur?“ Dilecti Filii Nostri Cardinales itemque Praesules Officiales considerantes omnia, quae proposita erant, ita vera et probata esse, ut refellere nequis posset, ideoque cognitionem rei certam adesse, quae secundum sacros canones et Summorum Pontificum Decessorum Nostrorum Constitutiones in hisce negotiis desideranda est, ita rescrispere; „Affirmative, seu sententiam esse confirmandam.“

Quae cum Nobis a dilecto Filio Nostro Dominico Cardinali Bartolini, ejusdem sacrorum Rituum Congregationis Praefecto relata fuissent non mediocri Nos laetitia affecti sumus, et toto ex animo Deo Optimo Maximo gratias egimus, cui placitum est ut Ecclesia, sua, in tanta praesertim temporum iniquitate, novo hoc thesauro ditesceret. Propterea supra dictam peculiaris sacrorum Rituum Congregationis sententiam libenter in omnibus ratam habuimus et confirmavimus. Insuper mandavimus ut die 25. Julii sancto Jacobo Apostolo sacra Nostrum confirmationis decretum in Ecelesia Nationis Hispanicae sanctae Mariae de Monte Serrato in Urbe dieata, post Evangelii lectionem ex ambone publicaretur, praesentibus dilecto Filio Nostro Dominico Cardinali Bartolini Saerorum Rituum Congregationis Praefecto, et dilectis Filiis Magistris Laurentio Salvati ab actis, Augustino Caprara Quaesitore de honoribus caelestium, una cum Aloisio Lauri Assessore et Joanne Ponzi pro tabulario.

Nunc vero ea, quae per supradictum decretum constituta sunt solemniore Apostolicae auctoritatis documento, novoque Nostrae confirmationis actu communire volentes. Decessorum Nostrorum vestigia persecuti, nempe Benedicti XIII. Pii VII. et Pii IX. qui de identitate corporum sanctorum Augustini Pontificis Doctoris, Francisci Assisiensis, Ambrosii Pontificis Doctoris, Gervasii et Protasii martyrum judicium tulerunt; Nos quoque quibuscumque dubitationibus et controversiis diremptis, Venerabilis Fratris Nostri Cardinalis Archiepiscopi Compostellani sententiam de identitate sacrorum corporum Beati Jacobi Majoris Apostoli, et sanctorum discipulorum ejus Athanasii et Theodori. ex certa scientia, atque etiam motu proprio, Apostolica auctoritate approbamus et confirmamus et in perpetuum firmam et validam fore decernimus. Praeterea volumus et jubemus, ne cui fas sit sacras Reliquias, quae jam in veteri conditorio repositae sunt et sigillo super obsignatae vel earum particulas dissociare demere vel adsportare sub poena excommunicationis latae sententiae, cuius absolutionem Nobis et Nostris Successoribus omnino reservamus.

Quamobrem committimus et mandamus universis et singulis Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ceterisque Ecclesiarum Prae-

latis praesentes litteras in sua unumquemque provincia, dioecesi et civitate solemniter publicare, ea meliori ratione, quam expedire censuerint; ut auspicatissimus hujusmodi eventus ubique innotescat, atque aucto pietatis studio illum christiani omnes celebrent sacrasque peregrinationes ad sacrosanctum illud sepulcrum, quemadmodum majores nostri facere consueverunt, suscipient. — Et quo efficacius pro Ecclesia Sancta Dei et pro universa christiana republica sancti Jacobi Apostoli et ejus discipulorum patrocinium impetrare valeamus, omnibus et singulis christianis utriusque sexus, qui vere poenitentes die per locorum Ordinarios seligenda confessi et Sacro Christi corpore refecti in templis ubilibet sancti Jacobi Apostoli Deo dicatis, et iis deficientibus in quolibet templo ab Ordinariis designando, pro instantibus gravissimis Ecclesiae necessitatibus ejusque exaltatione, pro haeresum improbarumque sectarum extirpatione sancti Jacobi suppetiis imploratis, pias apud Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam ac remissionem, quae per modum suffragii etiam animabus piacularibus flammis detentis applicari possit, benigne in Domino tenore praesentium concedimus.

Et quoniam nobilissima Hispanica Natio mirifica sancti Jacobi ope fidem catholicam integrum inviolatamque servavit, ut Deus misericors ei gratiam impertire velit, propter quam in tanta errorum colluvione, Patrono suo apud Deum medio et sequestro ad sanctitatem religionis avitae et ad pietatis studium firmet animum, amplissimum privilegium ab Alexandre III. Decessore Nostro ei concessum, lucrandi scilicet plenarium Jubilaeum eo anno quo festum sancti Jacobi 25. Julii incidat in Dominicam diem, etiam pro venturo anno concedimus cum ea ipsa die sancto Jacobo sacra festa solemnia inventionis et elevationis corporis ejus agenda erunt, ea servata methodo, et cum iisdem facultatibus in Constitutione ipsius Summi Pontificis data die 25. Julii anni 1179. contentis.

Has quoque litteras et quaecumque in eis contenta nullo unquam tempore, de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis aut invaliditatis vitio seu intentionis Nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, sed semper et in perpetuum validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque ab omnibus cujuscumque gradus, ordinis, praeminentiae et dignitatis censeri volumus; mandantes, ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis manu tamen alicujus publici Notarii subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae approbationis, ratificationis, reservationis, concessionis, relaxationis commissionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo octuagasimo quarto, quarto Kal. Novembris, Pontificatus Nostri anno septimo.

C. Card. Sacconi Pro-Datarius — F. Card. Chisius

2054

1884.

Die 1-a Decembris a. c. horis vespertinis, repentina morte e vivis abreptus (Mors Rss.
est Rssmus Jo annes Pollák, Cathedralis Ecclesiae Quinque-Ecclesiensis Canonicus,
Archi-Diaconus Cathedralis, Abbas B. M. V. de Kertz seu Eremo, SS. Theol. Doctor
Collegiatus, Assessor Consistorialis, Examinator prosynodalis, L. R. Civitatis Quinque-
Ecclesiensis Civis ad Honores, Reg. Scientiarum Universitatis Budapestanae Rector
emeritus. Natus a 1824. ordinatus a 1846., ab a. 1849 in Lyceo Episcopali Quinque-
Ecclesiensi ab a. vero 1858 in Universitate Budapestana theolog. professoris munere
perfungebatur, a. 1867. Canonicus nominatus et ad Dioecesim reversus, mox titulo
Abbatis B. M. V. de Kertz decoratus est.

Persolventes statuta tria in refrigerium animae denati fratribus Sacra, oremus
Deum Patrem omnipotentem, indulgentiarum Dominum, ut eidem in aeterna beatitudine
coronam iustitiae reddere misericordissime dignetur.

2120

1884.

A vallás és közoktatásügyi m. kir. Ministertől. 1382. eln. szám. Nagyméltóságu Püspök Úr! Ujabb időben a közmunka és közlekedési ministeriumnál ismét telten felszóllások történtek az iránt, hogy a portomentes hatóságok és hivatalok különben is jelentékeuy levelezésük túlnyomó részét ajánlottan adják fel a postahivataloknál, a mi tekintettel arra, hogy minden egyes ajánlott levél külön kezelést kíván, a megterhelt postahivatalok működését fölött megakasztja.

Ennélfogva van szerencsém Nagyméltóságodat a m. kir. közmunka és közlekedésügyi ministerium f. évi september 11-én 19259. sz. alatt kelt átirata értelmében felkérni, méltóztassék intézkedni és közegeit is oda utasítani, hogy csak a fontosabb vagy okmányokat tartalmazó leveleket bizzák ajánlottan a postára továbbítás végett. Fogadja Nagyméltóságod kiváló tisztelettem őszinte nyilvánítását. Budapesten, 1884. évi deczember hó 6-án. T r e t o r t.

2135

1884.

Országos m. kir. statistikai hivatal. 9013/1884. szám. Van szerencsém a főtiszt. egyh. hatóságot tisztelettel értesíteni, hogy az 1884-ik évre vonatkozó népmozgalmi adatok felvételére szolgáló füzeteket az illető lelkészek között leendő kiosztás végett 250 példányban külön csomagban a mai póstával küldöttem meg a főtiszt. egyházi hatóságnak.

Bátor vagyok ennél fogva a főtiszt. egyházi hatóságot tisztelettel felkérni, méltóztassék a kérdéses füzeteknek az illető lelkészi hivatalokhoz leendő mielőbbi szétküldését eszközöltetni, azok pontos kitöltését a lelkész uraknak meghagyni s őket utasítani, hogy a betöltött füzeteket az illetékes törvényhatóság közegeinek (szolga-

(Mors Rss.
Joannis Pollák
Canonici.)

(Epistolae
officiosae sine
speciali causa
non sunt ex-
pediendas cum
recommendatione.)

(Mittantur
philvae & in-
viatio pro
concinnandis
datis stati-
sticis.)

birónak, polgármesternek) minden további sürgetés bevárása nélkül mielőbb, de legfeljebb 1885. évi március hó 15-ig közvetlenül küldjék be, honnan azok rendes közigazgatási járások, illetőleg megyék szerint rendezve fognak ezen hivatalhoz beterjesztetni.

Ez alkalommal bátor vagyok a főtiszt. egyh. hatóságot az iránt is tisztelettel felkérni, méltóztassék intézkedni, miszerint az oly anyaegyházak, melyeknek fiók- és leányegyházai más törvényhatóság területén vagy más járásban feküsznek, annyi tüzzel láttassanak el, a hány járás területére terjed az illető anyaegyház lelkészkedése, mivel itt a népmozgalmi adatok nem egyházi, hanem közigazgatási, illetve járási beosztás szerint dolgoztatnak fel; továbbá hogy az anyaegyházhöz tartozó fiók- és leányegyházak, akár fordult elő bennök népmozgalmi adat, akár nem, a füzet címlapján okvetlenül felsoroltassanak. Budapest, 1884. nov. hó 19-én.
Az országos m. kir. statistikai hivatal főnöke Keleti Károly, ministeri tanácsos.

2125

1884.

(Carola Kovács obtinet duplificatum testimonii.) A vallás- és közoktatásügyi m. kir. ministertől. 41931 szám. Kovács Saroltának a budapesti állami tanítónőképzében 1873. évi ápril 30-án 3. sz. a. nyert felső nép- és polgári iskolai tanítónőségre képesítő oklevéle állítólag elveszvén, semmisnek nyilvánittatik s nevezett részére annak jogérvényes másodlata folyó évi november hó 5-én 3/1873. sz. a. szabályszerűen kiadatott. Miről van szerencsém az egyházi főhatóságot a szokásos köröztetés szives eszközlése végett tisztelettel értesíteni. Budapesten, 1884. évi november hó 18-án. A miniszter meghagyásából Gönczy Pál, ministeri tanácsos.

2112

1884.

(Concursus pro statione docentis in Kaán.) A hetvehelyi plébániához tartozó Kaán községben a tanítóállomás üresedésbe jövén, annak betöltésére f. évi Deczember 31-ig pályázat hirdettetik. Folyamodók kellően felszerelt kérvényüket a kerületi tanfelfüggetlenséghez Magyar-Székre küldjék. Jövedelme: 1. minden telkes pártól 2 nyolczada buza, minden nem telkes pártól 2 nyolczada rozs. 2. Lélekpénz minden pártól 50 kr. 3. minden iskolás gyermek után 40 kr. 4. Hárrom hold szántóföld a község által megszántva és elvetve. 5. Gyümölcsös és széna 12 frt értékben. 6. $\frac{1}{8}$ hold szöllő. 7. 46 kocsi tűzifa. 8. A községtől 64 frt.

2107

1884.

(Concursus pro statione docentis in Versend.) A szajki anyaegyházhoz tartozó versendi fiókközségben üresedésbe jött kántortanitói állomásra f. é. december 29-ig pályázat hirdettetik. A pályázók folya-

modványaiat a ker. esperes és tanfelügyelőhez küldjék: Német-Bólyba. A versendi tanító jövedelme: I. községtől: a) 136 telkes pár után, $\frac{1}{4}$ mérőként, 34 mérő kétszeres; b) 164 kisházas és zsellér pár után, $\frac{1}{4}$ mérőként, 41 mérő rozs; c) 300 pár után, páronként 2 itce bor, 7 akó 20 pint; d) 300 pár után, páronkint 5 kr készpénz; e) 3 szekér széna (7 mázsa egy kocsira) a községtől odaszállítva; f) a mindennapı oktatásért készpénzben 42 frt; g) a vasárnapi oktatásért készpénzben 31 frt 50 kr; h) 20 pár czigány után 10 frt; i) 720 \square öl régi; j) 2 hold $\frac{787}{1500}$ \square öl kibővitett házikert és szöllő haszonélvezete. II. A pécsváradi alapitv. uradalomtól: a) 10 mérő tiszta buza; b) 10 mérő kétszeres; c) 8 akó bor. d) 10 öl kemény tüzelőfa, melyekből 4 öl iskolafüttésre esik. Megjegyzendő, hogy a házikertet a község köteles kétszer felszántani és a kerítést jó karban tartani. Malomba kocsit, a tanító szükséglete szerint, szintén a község ad.

2145

1884.

A kakasdi évnegyedenként utólagosan esedékes 300 o. é. forint évi fize- (Concursus téssel s egy szobából álló lakással javadalmazott I-ső osztályu r. k. tanítói állomásra pro statione subdocentis in 1885. évi január hó 10-éig bezárólag pályázat hirdettetik. Tannyelv német-magyar. Kakasd.) A pályanyertes tanító saját osztályán kívül köteles az egyik ismétlő osztályt is ellátni, valamint naponkint a tanulók fölött a templomban a felügyeletet gyakorolni. Személyes megjelenés előnyül számítathatik. A kellőleg fölszerelt folyamodványok a kakasdi iskolaszék elnökéhez küldendők. Az állomás azonnal elfoglalandó.

2146

1884.

Az olaszi plébániához tartozó birjáni tanító-állomásra 1885-ik évi január (Concursus 10-ig pályázat hirdettetik. Jövedelme 2 szobából álló lakás és mellékhelyiségeken pro stationi docentis in kívül: 1) 30 mérő buza, 30 mérő rozs, 550 itcze bor, 24 frt. 2) Vasárnapi oktatásért 21 frt, stola 30 frt, 5 öl fa a tanító részére. 3) 6 hold szántóföld, a nép szántja, veti, a termést hazা hordja. A többi munka a tanító gondja. 4) Rétjét — 5 kocsira való széna — és ismét egy kisebb föld rét gyanánt használtatik, a nép kaszálja és behordja a termést, a gyűjtés a tanítót terheli. 5) Van kis szőlője — 84 barázda — és kis konyhakertje a falun kívül. A tanító müveli. 6) A földadót a község fizeti. A tannyelv magyar, horvát és német. A folyamodványok a kerületi tanfelügyelőséghez Német-Bólyba küldendők.

(Personalia.)

Luc a Užarević parocho Petrievensi munus vicearchidiaconale Districtus Valpóensis resignante, in huius locum nominatus est Laurentius Baloković parochus Bizovácensis. — Victor Várady coop. Szebényensis nominatus est Capellanus Castrensis in Trawnik. — Victor Molnár coop. Závodensis missus est ad Czikó. — Franciscus Haragó e Czikó ad Szebény. — Franciscus Bató e Šljivoševce ad Doljni-Miholjač.

Datum Quinque-Ecclesiis die 10-a Decembris 1884.

FERDINANDUS m. p.
Episcopus.

REEL
QUINQUE-ECCLESIIS,
TYPIS LYCEI EPISCOPALIS (C. FESZTL.)

ORDO SUB SACRIS EXERCITIIS OBSERVANDUS.

FERIA II. (25. Augusti). 1884.

Hora 5-a vespertina omnes rocheto, quadrato et stola induiti congregantur in Ecclesia Claustrum Monialium Congregationis Nostrae Dominae ad B. M. V. in Coelos Assumptionem et Praesuli ad fores Ecclesiae obviam procedent. — Praesul inchoat psalmum „Miserere,“ quem cuncti, alternatim recitantes, praelata cruce, progredientur ad Sacellum Seminarii, ubi exposito et incensato SSmo Sacramento, hymnus „Veni Creator Spiritus,“ alternatim cum Pontificante, dicitur, — subnexo versiculo „Emitte“ et oratione. Tum canuntur ex hymno „Jesu dulcis memoria“ bini versus.

Sequitur oratio salutatoria Praesulis ad Congregatos, qua finita, accedentes ss. Exercitiorum Moderatores recipiunt ab eodem benedictionem. Mox

Meditatio I-a *praeambula*, quam excipit lectio Capituli indicanda ex Libro Imit. Christi, a singulis, in loco hospitii sibi destinato, matura et penitiore attentione perpendenda. Reliquum tempus in silentio, recollecta mente, rosario recitando consignandisque luminibus e I-a meditatione perceptis tribuatur.

Hora $\frac{1}{2}$ 8-va *Coena* qua durante, lectio sacra. — Dein visitatio SSmi Sacramenti et tempus liberum in silentio.

Hora 9. *Preces vespertinae.* — Examen conscientiae. — Quies.

FERIA III. (26. Augusti).

Hora 5. *Surrectio*, dein preces in Sacello, quas quisque pro se recitabit.

Hora $\frac{3}{4}$ 6. Meditatio I-a. Hac finita, reflexio. Dein Sacrificium Missae, cui omnes intererunt. Post Sacrum sumitur jentaculum in triclinio. Tum tempus liberum in silentio. Legitur caput ex „Imitatione Christi.“

Hora 9. Consideratio I-a, cui nectitur recitatio horarum minorum, in communi. Dein tempus liberum.

Hora $\frac{1}{2}$ 11 — $\frac{1}{2}$ 12. Meditatio II-a. Postea reflexio et lectio pia.

Hora 12-ma Angelus Domini . . . Examen conscientiae-privatum, juxta schema singulis tradendum.

Hora $\frac{1}{2}$ 1. Prandium cum lectione. Visitatio SSmi Sacramenti in communi, — sub qua recitantur *Litaniae Lauretanae*, dein tempus liberum.

Hora $\frac{1}{4}$ 3. Vesperae et Completorium in Sacello.
Hora $\frac{1}{2}$ 3. Consideratio II-a. Tempus liberum.
Hora $\frac{1}{2}$ 4. Matutinum cum Landibus. Tempus liberum.
Hora $\frac{1}{2}$ 6— $\frac{1}{2}$ 7. Meditatio III-a. Reflexio et lectio ex „Imitatione Christi“ in cubiculis.

Hora 7. Rosarium B. M. V. pro se quisque recitat.
Hora $\frac{1}{2}$ 8. Coena, sub qua lectio. Dein visitatio SSmi Sacramenti. Tempus liberum.

Hora 9. Preces vespertinae. Examen conscientiae in Sacello. Tum quies.

FERIA IV. (27. Augusti.)

Omnia ut feria III.

FERIA V. (28. Augusti.)

Omnia ut feria III.

FERIA VI. (29. Augusti)

Hora 5. Surrectio. Preces matutinae.

Hora $\frac{3}{4}$ 6. Meditatio ultima. Mox Sacrum a Praesule celebrandum. Sub quo omnes rocheto et stola induiti ad S. Synaxim accedent. —

Finito Sacro, recitantur preces pro indulgentiis lucrandis; post quas Presul valedicit et exercitiis beneprecatur.

Quo facto, proceditur ad Ecclesiam Claustrum Monialium Congregationis Nostrae Dominae, ubi publica gratiarum actio, hymno „Te Deum“ decantato. Post quod sequitur Benedictio cum Sanctissimo, praemisso cantu „Tantum ergo“ et „Genitori“ et subnexis orationibus.

Post redditum jentaculum et discessio in pace Domini.

A P P E N D I X.

1. Silentium, quum praecipua sit conditio necessariae recollectionis, toto tempore strictissime observandum.
2. In recitatione Psalmorum, ad asteriscos paulisper haerendum.
3. Tempus liberum ad consignanda lumina, praeparandamque s. Confessionem generalem est adhibendum.
4. Confessiones incipiunt jam feria V-a et institui possunt tempore a communibus exercitiis vacuo, prout indicabitur.
5. Commendatur frequens SSmi Sacramenti privata visitatio.